[redacted]

DE
ENUNTIATORUM FINALIUM USU HERODOTEO CUM HOMERICO EX PARTE COMPARATO.
PARS PRIOR.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE IMPETRANDOS,

SCRIPSIT

RICARDUS HEILIGENSTAEDT

EILENBURGENSIS.

HALIS SAXONUM,

TYPIS PLOETZIANIS (R. NIETSCHMANN)

MDCCCLXXXIII.

PARENTI CARISSIMO

HAS PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

DEDICAT

AUCTOR.

[redacted]

In enuntiatorum finalium usum Herodoteum jam duo viri docti [1]) inquirere susceperunt: Brandtius et Schwidopius. Qui cum nihil fecerint nisi ut exempla ex Herodoti historiarum libris excerpta simpliciter afferrent, ad hanc quaestionem solvendam nihil fere profecerunt. Quae cum ita essent et cum vidissem, de enuntiatorum finalium in Homeri carminibus usu, in quibus cum omnino sermonis Graeci tum hujus structurae quasi semina et stirpes sunt posita, jam accuratius esse quaesitum [2]), haud prorsus inutile esse mihi visum est, illarum enuntiationum apud Herodotum usum, elegantioris sermonis pedestris simul et historiae patrem, quem Homeri dicendi rationem magna ex parte imitatum esse constat [3]) accuratius examinare et cum Homerico ex parte comparare.

Neque vereor, ne rem inutilem vel supervacaneam in me susceperim, propterea quod ad Graece loquendi rationem constituendam ac conficiendam in singulis scriptoribus dicendi usus exploratione opus esse existimo plurimosque viros doctos idem sensisse et dixisse cognovi.

Atque ita hanc quaestionem instituturus sum, ut primum paucis disseram de enuntiatorum finalium origine, quatenus

---

[1]) Brandt: De modorum apud Herodotum usu. Gymn.-Programm. Coethen 1872. — Schwidop: Zur Moduslehre im Sprachgebr. des Herodot, Progr. des Altstädt. Gymn., Königsberg i/Pr. 1876.

[2]) L. Kühnast: De conjunctivi et optativi in enunciatis finali bus usu Homerico quaest. gramm., Thorn 1845 — Albert Keil: De particularum finalium Graecarum vi principali et usu Homerico. Diss. inaug. Halle 1880.

[3]) cf. Wendt: Ueber Aehnlichkeit der Sprache Herodots mit der der Epiker. Gymnas.-Progr. Greiffenberg 1856. — Hofer: Ueber die Verwandtschaft des Herodot. Stils mit dem Hom. Gymn.-Progr. Meran 1878 p. 6 ff. Ulrici: Charakteristik der antiken Historiographie, Berlin 1833, pg. 32. — Tonder: Herodot und die älteste Poesie der Griechen. Progr. v. Böhmisch-Leipa 1875, p. 26.

etiam nunc ex Homeri carminibus cognosci possit, deinde transeam ad enuntiata vere finalia examinanda. Qua in re primum omnia, quae apud Herodotum occurrunt, exempla suo quodque loco afferam atque excutiam — nam huc praecipue propositum meum spectat — deinde ad Homeri dicendi usum, cuius nonnulla, quae aptissima mihi videntur, exempla afferam, ordine respiciam. Quibus adjumentis in hac quaestione usus sim, suo loco notabo. Denique in versibus Homeri enumerandis secutus sum Bekkeri, in locis Herodoti afferendis Steinii editionem.

Sed jam ad rem ipsam aggredior.

Caput I.

De enuntiatorum finalium origine.

Priusquam ad enuntiatorum finalium exempla apud Herodotum et Homerum obvia examinanda transeamus, breviter exponere conabimur, a quonam dicendi genere profectus sit enuntiatorum finalium usus. Cujus rei explicandae ansas nobis dant antiquissima linguae Graecae monumenta, cum in Homeri carminibus antiquioris dicendi rationis vestigia etiam nunc relicta atque servata sint.

1) De affirmativi enuntiatorum finalium generis origine.

Proficiscendum mihi esse videtur ab illis locis, ubi praecedenti imperativo conjunctivus simpliciter apponitur, ut Il. VI, 340: *ἀλλ'ἄγε νῦν ἐπίμεινον, Ἀρήϊα τεύχεα δύω.* Il XXII, 418: *σχέσθε, φίλοι καί μ' οἶον ἐάσατε, κηδόμενοίπερ, | ἐξελθόντα πόληος ἱκέσθ' ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν, | λίσσωμ' ἀνέρα*... Il. XXIII 71: *θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας Ἀΐδαο περήσω*....

Nam in illis exemplis, quae frequentissima apud Homerum sunt, simplicior dicendi ratio etiam nunc exstat, cum cogitatus eventus actioni efficienti simpliciter adiungitur, necessitudine, quae inter causam et eventum intercedit, non nisi conjunctivo notata, quo, si ex actione ipsa definimus, rei ad effectum adducendae contentio indicatur (cf. p. 15). Apud Herodotum hoc dicendi genus non jam exstat, nisi huc referas talia exempla ut I, 11 *φέρε ἀκούσω* II, 14 *φέρε δὲ νῦν* . . .

φράσω cf. II, 105 VII, 103 etc. Qua a dicendi ratione pro simpliciore parataxi posteriore tempore hypotaxi adhibita affirmativum enuntiatorum vere finalium genus ortum mihi esse videtur, cum homines ad singularum cogitationum rationem accuratius designandam cogitatum eventum particulis et conjunctionibus causae efficienti subjungerent.

2) De negativi enuntiatorum finalium generis origine.

Paulo infra, cum de particulae μή origine et in enuntiatis finalibus notione disputabimus (cf. p. 23), breviter exponemus particulae μή primarium munus esse removendi et deinde prohibendi. Qua primaria notione particula μή etiam conjunctivo adhortativo adiungitur, conjunctivo aoristi, quo ne quis quid faciat monetur (cf. Il. IX, 522. XXI, 475. XXIV, 568. 779 etc.), in enuntiatis optatum vel exsecrationem exhibentibus (Od. VII, 316. Il. X, 330). Omnibus his exemplis prohibitiva et absoluta particulae μή natura firmatur, quae etiam in iis locis agnoscenda est, quae nullum habent verbum primarium, unde pendeat enuntiatum ab illa particula incipiens, (cf. Il. II. 195. V, 233. VIII, 95. XXXIV, 53. Od. XV, 12 etc.) ubi plurimi grammatici simile quoddam atque ὅρα (= vide, cave) suppleri volunt; quod non recte facere mihi videntur, attamen, cum hoc faciunt, tales locos sensum finalem vel potius prohibitivum praebere concedere videntur. Ego quidem in talibus locis et in iis, ubi enuntiata, quae dicuntur esse finalia, particulis finalibus non adhibitis a sola particula prohibitiva μή incipiunt, potius antiquae dicendi rationis vestigia exstare existimo, apud Homerum ab iis temporibus profecta, quibus Graeci conjunctionibus ad singulas cogitationes inter se subjungendas nondum usi singula enuntiata tanquam sui juris esse volebant et enuntiati vim ac notionem solis temporum modis denotabant vel, ut brevius dicam, quibus Graeci pro posteriore hypotaxi simpliciore parataxi utebantur. Quae apud Herodotum cum aliis locis tum in hoc enuntiatorum genere exstat, praesertim cum eum Homeri dicendi rationem saepissime imitatum esse constet[1]). Quae sententia eo etiam firmatur, quod poste-

---

[1]) cf. p. 5 adn. 3.

riore tempore, cum Graeci ad singulas cogitationes accuratiu disponendas et inter se conectendas conjunctionibus fere usi sunt, haec structura fere plane evanuit, nam Thucydidem quidem particula μή pro ἵνα et ὅπως μή nunquam fere usum esse testantur Widmannus [1]) et Jacobsonius [2])

Quod apud Homerum hoc dicendi genus frequentissimum est, sententiam supra allatam firmat, scilicet haec intellegenda esse antiquioris et simplicioris cogitandi et dicendi rationis vestigia, qua actio ab cogitato eventu tanquam sejungitur ita, ut cogitatus eventus actioni efficienti non subjungatur, sed conjunctione non adhibita simpliciter apponatur et eventus cum actione efficiente cohaerentia sola particula μή et modis indicetur. Et apud Homerum quidem in talibus enuntiatis haec eventus cum actione efficiente cohaerentia etiam tempore praeterito praecedente (ut Od. IX, 102) plerumque conjunctivo indicatur, quem proprium enuntiatorum consilium indicantium modum primitus fuisse existimo [3]). Nam conjunctivo, si ex actione ipsa ejus vim ac notionem definimus, actionis ad effectum adducendae contentio [4]) significatur, quae notio etiam manifestius apparet, si imperativus vel conjunctivus adhortativus vel conjunctivus primaria illa notione praeditus praecedit. Atque haec structura primaria fuisse mihi videtur et ab hac dicendi ratione posteriore tempore hypotaxi adhibita enuntiata finalia negativa profecta esse mihi videntur.

Notandum est neque apud Homerum neque apud Herodotum in talibus enuntiatis usquam particulam μή cum ἄν vel κέν conjunctam legi. Cujus rei causa inde mihi repetenda esse videtur, quod enuntiata a μή incipientia primitus non finalia sunt, sed absolute dicta et sui juris fuerunt, prohibitiva notione praedita, et quod, ut infra commemorabimus [5]), particula ἄν vel κέν primitus in enuntiatis demonstrativis locum tenuit, sed primitus non usurpata est, ubi vis demonstrativa aut omnino non exstitit,

---

[1]) Widmann: De finalium enuntiationum usu Thucydideo. Diss. inaug. Göttingen 1875.

[2]) Jacobson: De usu sententiarum finalium Thucydideo. Comment. acad. 8. Upsalae 1877, p. 27.

[3]) cf. p. 17 et 28. — [4]) cf. p. 15. — [5]) cf. p. 22.

ut apud Homerum in enuntiatis vere finalibus a particula *ὅπως* incipientibus[1]) et in hoc enuntiatorum finalium quae videntur genere, aut evanuit, quod in enuntiata finalia a particula *ἵνα* incipientia cadit[2]).

Restat ut jam addam, illa enuntiata saepius jam apud Homerum, sed multo manifestius apud Herodotum enuntiatorum vere finalium speciem ac naturam induisse, quod ex optativo pro genuino conjunctivo etiam in hoc enuntiatorum genere usurpato apparet.

Ceterum haec enuntiata saepius, imprimis apud Homerum, animi anxietatem quandam et commotionem exprimere videntur, ut Il. XIV, 90 *σίγα, μή τίς τ' ἄλλος Ἀχαιῶν τοῦτον ἀκούσῃ μῦθον* (ut nostrum „es soll's ja keiner hören',) cf. Herod. I, 41.

Itaque apud Homerum legitur conjunctivus: praecedente imperativo: Il. I, 522. 566. 587. III, 414. IV, 38. VI, 432. XIV, 90. XV, 428. XVI, 446. 545. XX, 377. XXIV, 650 etc. Od. II, 98. 179. IV, 396. 775. XIV. 493. XV, 278. XVII, 448. 479. XIX, 486. XXI, 370 etc. praecedente conjunctivo: Od. II, 404. VI, 273. XIII, 216 etc. optativus legitur: Il. IV, 114. V, 202. XI, 705. Od. I, 133. IV, 526. XIII, 192, quae exempla jam propius ad enuntiatorum vere finalium speciem ac naturam accedere mihi videntur, quod Od. I, 133 jam ex altero enuntiato finali cum enuntiato a *μή* incipiente per particulam *ἠδέ* conjuncto apparet, cf. etiam Od. XIII, 192.

Apud Herodotum hoc enuntiatorum genus jam plane enuntiatorum vere finalium speciem ac naturam induit. Exempla, quae huc pertinent, sunt haece:

I, 34 *ἐς τοὺς θαλάμους συνένησε, μή τί οἱ κρεμάμενον τῷ παιδὶ ἐμπέσῃ.*

I, 41 *φύλακα παιδός σε τοῦ ἐμοῦ χρηίζω γενέσθαι, μή τινες κατ' ὁδὸν κλῶπες . . φανέωσι ὑμῖν*[3]).

---

[1]) cf. p. 22. — [2]) cf. p. 21.

[3]) Etiam mihi, ut Bredovio, Herodotus constanter *φύλακος* pro forma *φύλαξ* scripsisse videtur, Homerum imitatus (cf. Il. XXIV, 566 et Hofer. p. 14.), cum certe Herod. I, 84. 89. II, 113. 121 γ omnes libri manuscr. in formam *φύλακος* conveniunt.

III, 78 *ἠπόρεε ... προμηθεόμενος μὴ πλήξῃ τὸν Γωβρύην*, ubi in verbo *προμ.* curandi cum timendi notione consociatur.

IV, 78 *ἐφύλασσον, μή τίς μιν Σκυθέων ἴδοι.*

V, 106 *ὅρα μὴ ἐξ ὑστέρης σεωυτὸν ἐν αἰτίῃ σχῇς.*

VII, 103 *ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος εἰρημένος ᾖ*, ubi cum codice R, qui in rebus grammaticis saepe rectiora exhibet[1]), conjunctivum pro optativo legi malim.

VII, 107 *..νοστῆσαι.. οὐκ ἠθέλησε, μὴ .. δόξειε.* cf. VII, 220. VIII, 6. 128. 130. IX, 45.

Caput II.

De enuntiatis vere finalibus.

A. Animadversiones.

1) De particulis finalibus.

Particulae, a quibus enuntiata finalia incipiunt, apud Herodotum *ἵνα, ὡς, ὅκως* exstant. Ex quibus, quod jam hic afferam, *ἵνα* Herodoto usitatissima particula finalis est, ut Homero particula *ὄφρα*. Quas inter particulas quamquam in usu ipso praeter tempora atque additamenta non multum interesse videbimus[2]), tamen, ut ipsa exterior species et forma docet, e diversis fontibus originem eas cepisse diversisque viis ad notionem finalem pervenisse, multi viri docti docuerunt. Sed de earum et origine et de ea quaestione, qua ratione eae usque ad finalem notionem deductae sint, magna inter eos est dissensio.

Ac de particulae *ἵνα* quidem origine recte mihi disseruisse videntur Benfeius, (Wurzellexicon I. p. 403), Delbrueckius (Conj. u. Optat. p. 57.), Curtius (Erläuterungen zu m. griech. Schulgr. p. 195), Schleicherus (Compend. der indogerm. Spr. p. 562), qui statuunt, particulam *ἵνα* a debilitato pronominis relativi (vel potius demonstrativi) *ὅς* stirpe *ὁ* profectam esse casum instrumentalem (Sanskrit. instr. gen. neutr. jêna), qui

---

[1]) cf. Steinium ad. ed. praef. p. XXVIII. — [2]) cf. p. 58.

in nonnullis linguis indogermanicis exeat in literam ā [1]), ut τάχα, ἅμα, atque illud ν in ἵ-ν-α nihil aliud sibi velle quam in τις, τι-ν-ος, ubi stirpi amplificandae inserviat [2]). Quam sententiam si sequimur, particulae ἵνα primaria notio „womit, wodurch“ est intellegenda vel, cum primaria pronominis ὅς vis sit demonstrativa, „damit, dadurch.“ Atque Albertus Keil (cf. p. 16) ex Homeri carminibus multa affert exempla, in quibus ἵνα ad hanc primariam notionem revocari potest. Aliter de hac quaestione judicant Schenkelius et Schoemannus. Ac Schenkelius [3]) quidem docet, ἵνα, accusativum pluralis neutrius, esse a stirpe pronominali σϜε profectum, quae etiam in nominativo singularis ἵ [4]) (Sophocl. fragm. 427 N. cf. etiam antiquiores grammaticos Apollon. de pronom. p. 69. Dionys. Thr. p. 640 et alios) inveniatur. Et Schoemannus [5]) quoque ἵνα particulam ab hoc nominativo singularis ἵ profectam esse dicit. Quorum sententiis, quippe quae nihil nisi ἵνα primitus fuisse vi demonstrativa praeditum doceant, ad finalem particulae ἵνα notionem explicandam nihil proficitur [6]). Etiam minus probabilitatis habet Kühnastii [7]) sententia, qui dicit, ἵνα adhiberi fere aut de loco aut de consilio. Ac cum apud Graecos praesertim loci adverbia, imprimis relativa, significationem mutent et ad temporis et modi notionem transeant, ita ἵνα adverbium loci transire posse ad modi notionem, ut pro ὡς comparationis indice usurpari possit. Quam ad sententiam firmandam unum Homeri locum affert: Od. VIII, 313: ἀλλ' ὄψεσθ' ἵνα καθεύδετον ἐν φιλότητι | εἰς ἐμὰ δέμνια βάντες. Sed primum hoc tenendum esse puto, sententiam ad hanc quaestionem solvendam tam gravem non uno solo exemplo firmandam esse, deinde hoc loco particulam ἵνα ad modi notionem minime accedere Albertus Keilius (p. 3.) mihi persuasit,

---

1) cf. Schleicherum p. 560 et 562. — 2) cf. Schleicherum p. 562.
3) Zeitschrift f. d. österr. Gymnas.-Wesen XV (1864) p. 339.
4) Kühner gr. gr. I p. 458, 1. 2. 3.
5) Schoemann: Redetheile p. 105.
6) cf. Alb. Keil p. 2.
7) Kühnast: De conj. et opt. p. 8.

qui ingeniose demonstrat, particulam ἵνα hoc loco ad loci notionem revocandam esse.

Atque ego quidem existimo, particulam ἵνα ad casum instrumentalem revocandam esse atque ex hoc primario significatu accedente voluntatis notione, quam in modis inesse infra videbimus, ad finalem transisse. Itaque in illis enuntiatis, in quibus particula ἵνα etiam nunc ad notionem instrumentalem revocari potest [1]), res quaedam est instrumentum, quo aliquid efficiatur, in aliis autem enuntiatis, ubi certa res, ad quam particula ἵνα respiciat, indicata non est, actio verbi regentis intellegenda est tanquam instrumentum, quo accedente voluntatis notione aliquid efficiatur. Neque hoc ita dicam, quasi Delbrueckium sequar, qui (Conj. u. Optat. p. 57 et 58) dicit: „Die Grundbedeutung des Instrumentalis nun ist das Zusammensein, das Mittel wird sprachlich als der Genosse aufgefasst. In ἵνα liegt also ausgedrückt, dass der eine Satz mit dem andern in einer Verbindung von Ursache und Wirkung steht.“ Quae sententia, etiamsi concedamus particula ἵνα causae efficientis cum eventu cohaerentiam indicari posse, tamen ad finalem particulae ἵνα notionem explicandam nihil proficit, nam idem etiam in alias particulas, praesertim consecutivas et causales cadit. Sed in solo instrumentali ἵνα neque notio finalis est neque esse potest, potius ex ἵνα instrumentali efficitur ἵνα finale accedente notione voluntatis, quae, ut infra videbimus, in temporum modis inest. Sed haec hactenus de particulae ἵνα origine et notione finali.

Nunc ad ὡς et ὅπως (Herod. ὅκως [2]) particulas transeamus. Ac primum quidem de particulae ὡς origine omnes fere viri docti consentiunt, cum dicunt, ὡς esse adverbium a pronomine ὅς ductum [3]) quod, ut supra commemoravimus, et demonstrativa et relativa notione praeditum fuerit. Itaque ὡς primitus demonstrativa, deinde relativa notione instructum fuisse necesse

[1]) Albert Keil p. 16 17.

[2]) Herodotum constanter ὅκως dixisse commemorat Bredovius: in quaest. crit. de dial. Herod. libr. II, p. 89.

[3]) cf. Theod. Benfeium: Griech. Wurzellex. I p. 402. Hartungium de part. graec. I p. 27. Curtium: etymol. p. 398. Kühnerum gramm. gr. II. p. 892 adn. 3.

est. Atque demonstrativa notione praeditum plerumque ὥς, nonnunquam ὧς scribi quis est, qui nesciat. Nunc qua ratione demonstrativum vel relativum ὥς adverbium ad finalem notionem deductum sit, paucis exponemus.

Ac magna ex parte recte de hac quaestione disseruisse mihi videtur Kühnastius (p. 4—11), cum dicit, ὡς vocabulum ad modum, qui in re vel actione vel condicione quadam insit, alterius rei etc. modum aptissime referre. Unde primum in simplici comparatione ita usurpari, ut ad rerum similitudinem animo arreptam et comprehensam valeat designandam. Qua e simplici comparandi potestate varium manare particulae ὡς usum rerum similitudinem indicantis. Itaque ὡς idem valere ac „sicut" (cf. Il. I, 276. II, 139. IX, 369 etc.) ac „quasi" (Il. II, 781), ac „quantum" vel „quam" (Od. XVII, 344. Il. I, 290). Deinde part. ὡς non jam rem cum re, sed etiam aliquid, quod sola cogitatione intellegatur, comparari. Ac primum hanc comparationem ad temporum convenientiam pertinere (Il. I, 600. II, 231). Ex illa temporis significatione facile nasci alteram, quae ad causas respiciat (Il. I, 276). Deinde comparandi potestatem a rerum similitudine ad actionis cujusdam tanquam rei cum cogitatione alterius vel ipsius loquentis consensum transferri. Itaque post verba dicendi et sentiendi hanc particulam nihil significare nisi cogitatae rei cum dicendi vel sentiendi actione convenientiam. (Il. XVI, 17. Od. VIII, 498). Denique illum consensum ad finem et consilium referri, ita ut res cogitatione denotata, infecta quidem, sed quam maxime futura esse dicatur, itaque futuri temporis participium in hac structura usurpari apud Atticos et saepissime apud Herodotum. Usque ad hanc partem Kühnastii sententia mihi quidem probatur; sed de iis, quae infra exponit, cum eo consentire nequeo. Negat enim (p. 12) sola modorum cum particula conjunctione significari posse actionis cujusdam cum eventu connexum. Sed primum intellegere nequeo, undenam in enuntiatis finalibus ab ὡς incipientibus actionis cujusdam cum eventu connexus repetendus sit, nisi a modis cum particula ὡς conjunctis, neque enim aliae enuntiati partes exstant, a quibus illa notio repeti possit. Deinde Kühnastius ipse dicit, particula ὡς actionis

cujusdam cum cogitatione alterius vel ipsius loquentis consensum indicari. Atque cum, ut infra videbimus [1]). in temporum modis, certe in conjunctivo [2]) voluntatis notio insit, qua cum sententia Kühnastius ipse consentire videtur, cum (p. 21) dicit „μή in enuntiatis finalibus quae dicuntur, nunquam consilium denotat, sed conjunctivo et optativo denotandum relinquit (cf. p. 39)", ergo particula ὡς accedente voluntatis notione, quae in modis inest, actionis cujusdam cum eventu ab agente spectato consensum aptissime indicat et ὡς cum conjunctivo vel optativo conjunctum ad indicandum consilium maxime idonea est. Qua cum ratiocinatione etiam Schoemanni sententia convenire videtur, qui dicit [3]): „Weil ein Zweck nur durch eine ihm angemessene Thätigkeit erreicht wird, die Beschaffenheit des Thuns nothwendig dem beabsichtigten Zweck gemäss sein muss, so ist leicht zu begreifen, wie das Qualitätsadverb zur Anwendung auch als Finalconjunction geeignet war." — Sed haec hactemus de particulae ὡς origine atque notione finali.

A particula ὡς non multum differt particula ὅπως. Nam ὅπως constat e particula ὡς incremento πο — aucta, quod et indefinitam et interrogativam vim [4]) praebet. Atque in usu ipso neque apud Homerum neque apud Herodotum inter eas magnum intercedit discrimen, sed ὅπως omnium fere particulae ὡς notionum particeps eadem ratione ac part. ὡς ad usum finalem deductum est.

Sed de particulis finalibus satis dictum est. Iam transeamus ad modorum, conjunctivi et optativi, naturam explicandam.

2) De conjunctivo et optativo.

De conjunctivi et optativi natura tot viri docti, quorum auctoritas apud homines literatos adhuc multum valet, disseruerunt atque tot inter se discrepantes protulerunt sententias, ex quibus suam quisque exemplis confirmare posse sibi videbatur, ut difficile sit tot sententiis dictis, quarum fere una quaeque

---

[1]) cf. p. 15. — [2]) cf. p. 15.

[3]) Schoemann, Redetheile p. 184.

[4]) Benfey, Wurzellex. II p. 145. Curtius: Griech. Etym. p. 460. *Delbrueck*: Conj. und Optat. p. 61.

aliquam probabilitatis speciem pro se habere videtur, unam statuere, quae omnibus exemplis satisfaciat.

Ac primum de conjunctivi notione ac natura Hermannus statuit [1]), eum esse modum ubique ab aliqua notione pendentem atque iis locis, ubi absolutus esse videatur, ellipsin intellegendam esse, ita ut ad ἴωμεν (conj. adhort.) supplendum sit: ἄγε ἵνα. Cui se adjungunt Reisigius [2]) et Rostius [3]). Quam sententiam recte mihi rejecisse videtur Baeumleinius [4]), cum dicit, iis locis, ubi ellipsis intellegenda sit, tamen conjunctionem ὅπως, ἵνα etc. tanquam vestigia exstare solere. Quo accedere, quod ἄγε ὅπως solo cum indicativo futuri legatur atque ἄγε cum conjunctivo conjunctum nusquam cum particula finali conexum exstet. Itaque conjunctivum et adhortativum et deliberativum esse modum absolutum, quod aliqua ex parte etiam Hartungio [5]) probatur.

Quam sententiam si sequimur, ab illis absolutis conjunctivis primaria conjunctivi vis ac natura nobis repetenda est. Atque nobis, quid primitus illi absoluti conjunctivi sibi velint, meditantibus id statuendum est, iis contentionem actionis, quae verbo significetur, ad effectum adducendae indicari [6])

Nam qui dicit ἴωμεν, se ire studere et contendere indicat atque ut etiam alii eandem rem perficere studeant adhortatur. Quae notio, scilicet contentionis rei efficiendae, in nonnullis Homeri locis, ubi prima singularis persona conjunctivi absolute posita est, perspicua esse mihi videtur, ut Il. I, 137. 262. Il. VI, 340. XVI, 129. XXII, 418. 450. XXIII, 71. Od. VI, 273 et aliis. Quam absolutam naturam conjunctivus sibi servasse videtur in iis enuntiatis, quae nullum habent verbum primarium, unde pendeat enuntiatum a particula μή incipiens, et in iis, ubi sola part. μή conjunctionibus finalibus non po-

---

[1]) Hermann: De emendanda rat. gramm. graec. p. 206 cf etiam de part. ἄν. p. 70 et ad Viger p. 741.

[2]) Reisig: De vi et usu part. ἄν p. 105.

[3]) Rost: Griech. Gramm. 6. Aufl. § 119, 2.

[4]) Bäumlein: Unters. über die Modi. p. 4—9.

[5]) Hartung: Part. II, p. 146.

[6]) Bäumlein: Modi p. 35.

sitis consilium indicatur[1]) Itaque, si cum Baeumleinio notionem ex actione ipsa definimus, conjunctivi naturam et notionem eam esse dicimus, qua actionis, quae verbo significatur, ad effectum adducendae contentio indicetur[2]) Sed si ex eius, qui de rebus judicat, animo eius vim definimus, eam esse dicimus, qua exspectatio rem, quae conjunctivo significatur, certo futuram esse indicetur. Atque iis locis, ubi is qui loquitur idem est atque is, qui agit — quod saepissime in Odyssea accidit, cum Ulixes de se ipso verba facit — contentionem actionis ad effectum adducendae et exspectationem rem certo futuram esse in unum convenire statuimus.

Qua ab definitione non multum differre mihi videtur Kühneri sententia de conjunctivo, quem vocat deductum[3]), et Matthiaei, qui dicit: „Der Conjunctiv stellt eine Handlung als etwas blos Gedachtes dar und zwar als etwas, das sich von äusseren Umständen abhängig mit einiger Bestimmtheit erwarten lässt"[4]) et Akenii, qui dicit: „der Conjunctiv bezeichnet nur die Erwartung, dass das Entsprechen der Handlung zur Wirklichkeit eintreten werde".[5]) Sed haec hactenus de conjunctivi natura.

De optativi notione sententiae hominum doctorum in unum fere conveniunt. Ac Kühnerus[6]) quidem docet, optativum tum usurpari, cum is qui loquitur solam cogitationem rationem actionis ad effectum adducendae non habens indicare et quasi conjecturam significare velit. Ac similiter docet Bernhardius[7]), optativum simpliciter actionem cogitatam significare. Non aliter sentit Hermannus[8]), cum dicit, opta-

---

[1]) cf. p. 7.

[2]) cf. Bäumleinium: De modis p. 35: „Tendenz zur Verwirklichung, die Bewegung und Entwickelung der Handlung zu ihrer Realität.

[3]) cf. Kühnerum gramm. gr. prior. edit. § 450, 2. Paulo aliter judicat in altera edit. § 393 p. 181 7 et § 394 p. 183.

[4]) Matthiae: Griech. Gramm. 3 Aufl. II. p. 1159.

[5]) Aken: Grundzüge der Lehre von Tempus und Modus.

[6]) Kühner: Gramm. gr. II p. 182. 196.

[7]) Bernhardy: Wissenschaftl. Syntax der griech. Spr. p. 404.

[8]) Hermann: De emend. rat. gramm. gr. p. 207.

tivo solam cogitationem indicari. Quocum etiam Baeumleinius[1]) consentit, qui dicit: „Der Optativ ist Ausdruck der reinen Subjectivität. Er wird überall da gebraucht, wo eine Handlung blos als geistige, im Innern des Subjets bewegte, aus diesem nicht heraustretende, auf die Wirklichkeit sich nicht beziehende Thätigkeit erscheinen soll".

Qua ex optativi natura colligendum esse puto, eum in enuntiatis finalibus nihil aliud sibi velle, quam in oratione obliqua. Itaque in enuntiatis finalibus optativi vis ea est, qua actio, quae verbo significatur, tanquam sola ejus qui agit de eventu cogitatio indicetur, sed ita ut in hac cogitatione optativo indicata etiam vestigia agentis de eventu voluntatis — sed modo cogitatione comprehensae — exstent, cujus rei index in negatis enuntiatis finalibus etiam part. prohibitiva μή mihi esse videtur; ac simili ratione atque in deliberativis interrogationibus indirectis i. e. optativo indicatis etiam praecedente praeterito deliberativa vis servata est.

Ceterum antiquissimis Graecorum temporibus conjunctivus mihi solus et proprius vel certe usitatissimus consilii index fuisse videtur, quae sententia multis locis confirmatur, et apud Homerum et apud Herodotum, ubi etiam praecedente tempore praeterito pro optativo quem expectaveris, cogitationis indice, conjunctivus legitur. Posteriore autem tempore, cum mens humana ad meditandum et cogitandum magis se inclinabat, ad distinguendum consilium praeterito tempore captum a consilio ad tempus futurum spectante optativus in enuntiata finalia inductus esse videtur. Sed saepissime et Homerus et Herodotus de consilio praeterito tempore capto conjunctivum scribunt actionem adhuc ad effectum adduci posse fingentes et de consilio ad praesens vel potius futurum tempus spectante saepius optativum scribunt, ut actionem tanquam solam ejus qui agit de eventu cogitationem ratione rei ad effectum adducendae non habita significent vel ut iis locis, ubi duo consilia enuntiantur, consilium primarium a secundario vel

---

[1]) Baeumlein: Unters. üb. d. griech. Modi p. 41. cf. etiam Hartung. art. II p. 253, 4 et p. 256.

remotiore discernant. Haec habui, quae de conjunctiv optativi natura dicerem. Sed quoniam de modis in enunti finalibus usurpatis dixi, hic jam notabo, neque apud Home neque apud Herodotum indicativum temporum historico in enuntiatis finalibus legi. Quae structura ab antiquio Graecorum et cogitandi et dicendi ratione aliena poster demum tempore exculta et adhibita est, cum is qui loqu consilii eventum secuturum fuisse, sed re vera non secu esse indicare voluit[1]).

3) De particulis ἄν et κέν.

Cum disputatione de modis arctissime cohaeret de p culis ἄν et κέν quaestio. Nam in enuntiatis finalibus pissime apud Homerum ἄν vel κέν, apud Herodotum ἄν tivo vel conjunctivo addita legitur. De illarum particul et origine et usu plurimi et veteres — quorum sente Hermannus (de particula ἄν p. 6) ad verbum affert — centiores grammatici copiose disseruerunt, sed in etym particularum investiganda frustra adhuc elaborasse vid cum usque ad hoc tempus satis certa de particularum o sententia non proposita sit[2]) neque ego quidem in hac obscura re explicanda operam et oleum perdere velim.

Sed de particularum usu recentiorum sententiae B leinio excepto in unum fere conveniunt. Atque usitat et a plurimis hominibus doctis accepta est Hermanni sent qui dicit[3]): „quum particulae ἄν ea ubique vis sit ut a quam condicionem referatur, quae condicio saepe adjun ubi autem non addita est, tamen cogitari debet etc.“ sententiae se adjungunt Bernhardius[4]), Poppo[5]), Somme

---

[1]) cf. Kühnerum gramm. gr. II p. 903, 7. Matthiaeum Gr. p. 1184.

[2]) Kühner gr. gr. II, p. 205.

[3]) Hermann: De part. ἄν libri IV Lipsiae 1831, p. 6.

[4]) Bernhardy; Wissensch. Synt. p. 390.

[5]) Poppo: De usu part. ἄν in miscell. curavit Friedemannus bodius I, 1. p. 29 et 49.

[6]) Sommer: Allgem. Schulzeitg. 1831, 1. II. Nr. 121.

Kühnerus[1]), Klotzius[2]), Geffersius[3]). Atque etiam Hartungius[4]), quamvis propriam sententiam proponere conetur, tamen ad Hermanni sententiam revertitur. Baeumleinius vero, quamvis recte de ea quaestione disseruerit, cur *ἄν* vel *κέν* nunquam ad imperativum, nunquam ad conj. adhort., nunquam ad conj. deliberat. appositum legatur, tamen parum id respexisse mihi videtur, quod toties *ἄν* vel *κέν* in iis enuntiatis legitur, in quibus condicio aut indicata est aut facile e sententiarum nexu suppleri potest. Deinde in particularum notione exploranda Baeumleinius (p. 85) parum sibi constare mihi videtur, cum dicit, particulam *ἄν* cum indicativo temporum historicorum conjunctam significare sumptionen facti cujusdam (Setzung eines Factum), sed *ἄν* cum optativo conjunctum significare sumptionem, subjectivum quoddam re vera esse (Setzung, dass ein Subjectives wirklich sei). Nam secundum hanc definitionem ei dicendum erat: part. *ἄν* cum indicativo temporum historicorum conjuncta significat sumptionem, factum quoddam re vera esse[5]); quod nunquam particulae *ἄν* munus est, potius particula *ἄν* cum ind. temp. hist. conjuncta significare mihi videtur, actionem quandam re vera non esse (eine Handlung als nicht wirklich). Deinde talibus locis (cf. Herod. III, 51 *ὁ δὲ ὅκως . . . ἔλθοι . . ., ἀπηλαύνετ᾽ ἄν* III, 119 *ἡ δὲ γυνὴ . . . κλαίεσκε ἄν* cf. II, 148, IV, 7 etc.) particula *ἄν* non sumptionem facti significat, sed *ἀπηλαύνετο*, *κλαίεσκε* etc. factum indicatur, quod saepius fieri solebat, atque particula *ἄν* significatur, illam actionem non perpetuo fieri, sed modo occasione data[6]). Aut secundum priorem definitionem Baeumleinio erat dicendum: „part. *ἄν* optativo addita significat subjectivi cujusdam sumptionem". Illud subjectivum est sola cogitatio, at sumptio quoque significat nihil nisi cogitationem. Ergo significat sumptio subjectivi nihil aliud quam cogitationem cogitationis

---

1) Kühner . Gr. gr. II p. 169 et p. 900.
2) Klotz: Adnot. ad Devarii l. de graec. ling. part. p. 104.
3) Geffers: De part. *ἄν*. Diss. inaug. Götting. 1832. p. 12.
4) Hartung: Gr. Part. II. p. 220 ff.
5) cf. etiam Akenium: De temp. et mod. p. 45.
6) Kühner: Gr. gr. II p. 173, 5.

vel rei cogitatae. Itaque, cum hoc optativo nudo significar possit, particulam optativo additam ubique supervacanean et frustra positam esse nobis putandum est. Sed iam Baeum leinii sententiam missam faciamus.

Ac mihi quidem consideranti tot Homeri et Herodot locos, in quibus particula ἄν vel κέν legitur, Hermann sententia magna ex parte probatur, particulam ἄν vel κέ spectare ad condicionem aut indicatam (cf. Herod. IX, 51 Od. I, 169), aut quae facile e sententiarum nexu suppler possit (cf. Od. VIII, 21. Herod. I, 110). Ad quam Hermann sententiam addendum mihi esse videtur, particulam ἄν vel κέν iis locis, ubi condicio neque indicata sit neque facile suppleri possit, ad res, e quibus actionis cujusdam eventus pendeat, generaliter spectare (cf. Od. XVII, 362, ubi ἄν significat illud πύρνα ἀγείρειν pendere e procorum voluntate et Herod. IX, 22 ἤλαυνον τοὺς ἵππους, ὡς ἂν τὸν νεκρὸν ἀνελοίατο, ubi ἄν generaliter ad condicionem spectans significat: si possent).

Itaque dicimus, particula ἄν vel κέν conjunctivo addita significari aut (ex actione ipsa) contentionem actionis ad effectum adducendae in difficultates quasdam incurrere aut (ex loquentis animo) exspectationem de actionis eventu minus certam[1]) esse; sed particula ἄν vel κέν optativo adjuncta — cum condicio ad res veras spectet[2]) — significari rem cogitatam fortasse rem veram fieri posse. Itaque translata, quam voco, optativi notio efficitur, qua in enuntiatis finalibus ambiguus indicetur eventus.

Atque hoc loco notandum mihi esse videtur, particulam ἵνα apud Homerum semel modo, apud Herodotum nunquam cum particula ἄν vel κέν conjunctam exstare. Sed ille Homeri locus (Od. XII, 156: ἀλλ' ἐρέω μὲν ἐγών, ἵνα εἰδότες ἤ κε θάνωμεν | ἤ κεν ἀλευάμενοι θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμεν) a pluribus viris doctis in suspicionem vocatus aptissime a Nauckio

---

[1]) cf. Bernhardy: Wiss. Synt. p. 400.

[2]) cf. Hartungium: De part. gr. II, p. 256.

mihi emendatus esse videtur[1]). Nam Nauckius in illis particulis κε-κεν cum ἵνα conjunctis offendens ἤ κε-ἤ κεν mutat in ἠέ-ἠ καί, quae emendatio et facilis est neque a sensu abhorret. Itaque ne hoc quidem loco perturbatur illa linguae Graecae lex, ne particula ἄν vel κέν cum ἵνα in enuntiatis finalibus posito conjungatur. Quem linguae Graecae usum viri docti varie explicaverunt. Ac Bernhardii[2]) sententia, particulam finalem ἵνα eam ob causam non cum ἄν vel κέν conjungi, quod ἵνα loci notionem servaverit, huius usus causam non explicat, sed aliunde causa repetenda esse mihi videtur: cum in enuntiatis relativis (vel potius demonstrativis), quae consilio indicando inserviebant, particula ἄν vel κέν cum conjunctivo et optativo conjuncta vulgo usurparetur (cf. Hom. Il. I, 64. VII, 342. XXI, 336. Od. X, 435, 539 etc.), etiam adverbium ὡς, cujus relativae naturae et originis Graeci etiam tum sibi conscii erant, cum ἄν conjungebatur. Sed relativa vel potius demonstrativa particulae ἵνα origo et natura jam Homeri aetate oblivioni data erat et ἵνα jam tum ad consilium simpliciter indicandum adhibebatur, quod aut nudo conjunctivo aut optativo fiebat. Quem particulae ἵνα usum posteriora tempora integram servaverunt. — Atque etiam particula ὅπως nunquam apud Homerum cum ἄν vel κέν conjuncta in enuntiatis finalibus legitur, cujus rei causa inde mihi repetenda esse videtur, quod etiam Homeri temporibus exstiterit memoria, particulam ὅπως nullo tempore vi demonstrativa vel pure relativa praeditam fuisse. Quae memoria cum posterioribus temporibus evanuisset, ὅπως particulae ὡς plane adaequata est. Itaque particulam ὅπως apud Herodotum et posteriores cum ἄν conjunctam legimus.

Deinde particulae ἄν vel κέν apud Homerum saepius in enuntiatis finalibus cum indicativo futuri conjuncta legitur (cf. Hom. Il. XVII, 144. Od. I, 270 etc.), apud Herodotum semel admodum: III, 104. ἐλαύνουσι ἐπὶ τὸν χρυσὸν λελογισ-

---

[1]) cf. etiam Keilium p. 27. et Kühnerum Gr. gr. II. p. 901 adn. 6 t Kühnastium: De conj. et opt. p. 8 et 27.

[2]) Bernhardy: Synt. p. 401.

μένως, ὅκως ἂν καυμάτων τῶν θερμοτάτων ἐόντων ἔσοντ
ubi in omnibus codicibus excepto R, qui ὅκως αὐτῶν praeb
ἄν scriptum legitur. Bekkerus quidem offendens in hac str
tura, quae alibi in Herodoti historiarum libris non occurr
simpliciter ἄν e textu removet, quod idem faciunt Abicht
et Steinius. Atque ego quoque particulam ἄν hoc loco nu
modo per Herodoti dicendi usum ferri posse existimo [1],
pro ἄν particula δή legendum propono, quae particula prim
Herodoto tam usitata est, ut in uno quoque capite fere dec
legatur et saepius etiam particulis finalibus addita est [2],
Herod. I, 22, 29, 32, 80, 82, 136, 186 etc.), deinde particul
ἄν per literas quadratas scriptam librariorum errore facilli
e genuino δή nasci posse, (*ΔΗ*, *ΑΝ*) quis est, quin concedat.

Ceterum posteriore tempore et jam apud Herodotum p
ticula ἄν in enuntiatis finalibus quae dicuntur cum indicat
futuri ea de causa non conjuncta esse mihi videtur, q
Graeci indicativo futuri certam de actionis eventu, qui e c
dicione non pendeat, indicari voluerunt et quod ad minus
tam exspectationem indicandam Graecis particula ἄν cum c
junctivo conjuncta uti licuit, non quod, ut Kühnerus [3] v
ipse actionis eventus jam e rebus quibusdam pendeat,
idem in conjunctivum etiam ad tempus futurum pertinen
quippe qui cum ἄν conjungatur, cadere ipse concedit [4]. H
habui, quae de particulis ἄν vel κέν ab Homero et Hero
in enuntiatis finalibus usurpatis dicerem. Restat, ut de
ticula μή in enuntiatis fin. scripta pauca dicam.

4) De particula μή.

Ad neganda enuntiata fin. in lingua Graeca consta
part. μή adhibetur. De cuius particulae origine pro rei
ficultate probabiliter statuisse mihi videtur Hartung
qui particulam μή, cuius originis explicandae lingua G

---

[1] Aliter judicat Kühnerus Gr. gr. II, p. 899.
[2] cf. etiam Kühnerum Gr. gr. II, p. 684.
[3] cf. Kühnerum, II. p. 169.
[4] Kühner, II, p. 206.
[5] cf. Hartungium: De part. ling. Graec. II, p. 106 ff.

ipsa ansas non dederit, cum vocula „mâ“ linguae, quae „Sanskrit“ vocatur, comparat. Quam particulam primitus notione prohibitiva praeditam ad res negandas fere usurpatam esse; cum illa negatione „mâ“ cohaerere part. μή. Quam sententiam si sequimur primariam part. μή vim esse prohibendi nobis putandum est. Atque hac prohibendi notione, ut supra [1]) vidimus, particula μή adiungitur et conjunctivo adhort. et secund. pers. conj. aoristi, qua structura ne quis quid faciat monetur et in iis enuntiatis, ubi sola particula μή verbo regente non praecedente cum conjunctivo conjuncta exstat et in enuntiatis optatum et exsecrationem indicantibus, denique etiam in enuntiatis, quae ad hanc quaestionem maxime pertinent, finalibus. Itaque in enuntiatis finalibus particulae μή munus id est, quo ne quid fiat indicetur. Sed haec hactenus de particula μή.

Quoniam de singulis enuntiatorum vere finalium partibus, quid primitus sibi velint quaque ratione in Homeri carminibus atque in Herodoti historiarum libris adhibitae legantur, breviter, ut res postulat, diximus, ad prolatas sententias exemplis firmandas transeamus.

B. Exempla.

1) conjunctivi: Conjunctivo, ut supra exposuimus, indicatur aut (ex actione ipsa) contentio actionis ad effectum adducendae aut (e loquentis animo) exspectatio eventum, qui verbo significatur, certo futurum esse, quae notio imprimis ex iis exemplis apparet, in quibus verbum regens utitur forma aut imperativi aut conjunctivi adhortativi.

Atque in iis locis, ubi is qui agit idem est atque is qui loquitur, illae duae notiones in unum conveniunt. Ceterum conjunctivo praesentis indicatur res, quae durat aut saepius fit, sed conjunctivus aoristi neque, quo tempore actio fiat neque per quod spatium res duret, indicat, id solum declarat, rem fieri, itaque saepe legitur, ubi de re, quae semel fit, agitur.

---

[1]) cf. p. 7.

a) exempla conjunctivi post tempora primaria.

α) post ἵνα.

Apud Herodotum.

I, 32. εἰ δὲ δὴ ἐθελήσει τοὔτερον τῶν ἐτέων μηνὶ μακρότερον γίνεσθαι, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι...

II, 37. ξυρεῦνται[1]) πᾶν τὸ σῶμα..., ἵνα μήτε φθεὶρ μήτε ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγίνηταί σφιν...

II, 89. τοῦτο δὲ ποιεῦσι οὕτω τοῦδε εἵνεκεν, ἵνα μὴ σφι οἱ ταριχευταὶ μίσγωνται τῇσι γυναιξί.

II, 114. ἀπάγετε παρ' ἐμέ, ἵνα εἰδέω...

III, 16. καὶ διὰ ταῦτα ταριχεύουσι, ἵνα μὴ.. καταβρωθῇ.

III, 108. τοῦ θείου ἡ προνοίη.. ὅσα μὲν [γὰρ] ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκε, ἵνα μὴ ἐπιλίπῃ..., pro illo γάρ ab H. Stephano damnato et a Steinio uncis incluso Steinius γε legendum proponit. Fortasse τὴν parum clare et distincte scriptum librarii errore in γάρ mutatum est, nam literas *T* et *Γ*, *H* et *Α* saepius a librariis confusas esse quis est quin sciat.

III, 134, οἰκὸς δέ ἐστι ἄνδρα φαίνεσθαί τι ἀποδεικνύμενον, ἵνα καὶ Πέρσαι ἐκμάθωσι..

III, 140. αὐτὸν παράγετε ἔσω, ἵνα εἰδέω...

IV, 97. ἐπιφάνηθί μοι πάντως, ἵνα σε ἔργοισι ἀμείψωμαι. Indicat. fut., quem libri manuscr. C et R exhibent, ferri non potest, cum apud Herodotum ἵνα cum ind. fut. conjunctum nusquam legatur.

IV, 104. ἐπίκοινον δὲ τῶν γυναικῶν τὴν μῖξιν ποιεῦνται ἵνα κασίγνητοί τε ἀλλήλων ἔωσι.

V, 9. ἐγὼ ὦν σευ χρηΐζω μηδὲν νεοχμῶσαι, (praesentis notione praeditum) ἵνα μὴ ἐξεργάσῃ ἡμέας..

---

[1]) ξυράω non esse Herodoteum, sed solum ξυρέω, confirmant formae male contractae II, 66 ξυροῦντα (A B P), ξυροῦντες (C), III, 8 ὑποξυροῦντες (R), περιξυροῦντες (reliqui exceptis A et B) cf. Bredovium libr. IV p. 372). Itaque ξυρῶνται, quod Steinius in contextum recepit, non ferendum sed in ξυρεῦνται (cf. Bredovium libr. IV, p. 374) quod etiam libri m. C et P (cf. Steinium praef. p. XXXII) exhibent, mutandum esse existimo.

V, 23. *παῦσον τοῦτον τὸν ἄνδρα ταῦτα ποιεῦντα.., ἵνα μὴ ... συνέχῃ.*

V, 24. *ἀπικνέο μοι πάντως, ἵνα τοι αὐτὰ ὑπερθέωμαι.*

V, 40. *μὴ ἀντίβαινε τούτοισι, ἵνα μήτε βουλεύσωνται.*

VII, 8β. *μέλλω ἐλᾶν.., ἵνα.. τιμωρήσωμαι.*

VII, 8δ. *ἵνα δὲ μὴ ἰδιοβουλεύειν ὑμῖν δοκέω, τίθημι τὸ πρῆγμα ...*

VII, 11. *ἀλλὰ ποιέειν ἢ παθεῖν προκέεται ἀγών, ἵνα ... γένηται* et *καλὸν ᾖ ὤν.. τιμωρέειν ἤδη γίνεται, ἵνα καὶ.. μάθω.*

VII, 38. *παράλυσον τῆς στρατιῆς τὸν πρεσβύτατον, ἵνα ᾖ μελεδωνός. ...*

VII, 72. *δεῖ φυλάσσεσθαι τὴν ἐσβολὴν.., ἵνα ᾖ ἐν σκέπῃ.*

IX, 16. *μνημόσυνά τοι.. καταλιπέσθαι ἐθέλω, ἵνα.. ἔχῃς.*

IX, 45. *ἔργον παράβολον ἔργασμαι.., ἐθέλων ὑμῖν δηλῶσαι* (praes. not.) *τὴν διάνοιαν τὴν Μαρδονίου, ἵνα μὴ ἐπιπέσωσι.*

IX, 116. *τούτου μοι δὸς τὸν οἶκον, ἵνα καί τις μάθῃ.*

Apud Homerum.

Conj. praesentis praecedente praesente: Il. II, 232. Il. XXIV, 382. Od. II, 311. conj. aoristi praec. praes. Il. IX, 512, 614. XII, 435. Od. IV, 710. XVIII, 54. XXII, 168. conj. aoristi praecedente aoristo praesentis notione praedito: Il. I, 410. III, 252. conjunctivus praecedente futuro: Il. XV, 402. XXIII, 207, 610. XXIV, 43. Od. I, 95. II, 307. III, 361. IV, 591. conjunctivus praecedente imperativo praesentis: Il. I, 363. II, 381. Il. III, 130. VII, 195. XI, 290. XVIII, 387. XX, 122. XXI, 314. XXII, 244. XXIII, 314. XXIV, 467. Od. I, 302. III, 327 (infin. = imperat.) V, 91 (quem cassum esse Bekkerus existimat). Od. VIII, 307. IX, 517. XVII, 175. 529. conjunctivus praecedente imperativo aoristi: Il. I, 302. VIII, 18. XIV, 273. XIX, 348. XXIV, 555. Od. III, 476, VII, 164, 180. VIII, 542. IX, 356. X, 387. XII, 185. XIV, 414, XX, 267. conjunctivus praecedente conjunctivo adhortativo: Od. I, 373. Od. XIII, 364. Il. XXIII, 487. Quo addendum est Od. VI, 57 et Il. XXIV, 264, ubi optativus cum ἄν conjunctus indicat imperatum lenius pronuntiatum [1]). Etiam optativum,

[1]) cf. Kühnerum gr. gr. II. p. 196 adn. 7.

qui optato indicando inservit, interdum conjunctivus sequitur in enuntiato finali, ut Od. XVIII, 203, sed saepius optativus.

β) post ὡς et ὅπως. (Herod. ὅκως. Hom. ὅπως et ὅππως):

Apud Herodotum.

II, 99. ὁ ἀγκὼν οὗτος τοῦ Νείλου ὡς ἀπεργμένος ῥέῃ ἐν φυλακῇσι μεγάλῃσι ἔχεται, ubi pro ῥέει omnibus libris m. tradito, quod in enuntiato finali ferri nequit, Steinius recte conj. ῥέῃ substituit; neque enim ὡς in ὅς mutatum ad hunc locum quadrat.

IV, 148. παραιτέεται ὁ Θήρας, ὅκως μήτε φόνος γένηται.

IV, 187. καίουσι.. τοῦδε εἵνεκα, ὡς μή σφεας.. δηλέηται [1]).

V, 20. τὰς ἀδελφεὰς ἐπιδαψιλευόμεθα ὑμῖν, ὡς παντελέως μάθητε.

IX, 111. .... οὔτε ἐκείνῃ πλεῦνα χρόνον συνοικήσεις, ὡς μάθῃς.

Apud Homerum:

praecedit imperativus vel simile, quod imperativi notionem praebet: Il. II, 363. Il. III, 166. ubi enuntiatum finale ad ἵζευ ἐμεῖο vers. 162 respicere videtur. Il. VI, 259. VII, 294. VIII, 182. IX, 311. Od. V, 164. XVII, 76.

Ex exemplis allatis satis apparare mihi videtur, Homerum, ubi contentionem actionis ad effectum adducendae vel certam de eventu exspectationem indicari voluerit, praesertim praecedente imperativo vel simili structura conjunctivum in enuntiato finali scripsisse. Ac cum in hoc simplicissimo enuntiatorum finalium genere fere constanter conjunctivum scriptum legerim, eum proprium enuntiatorum finalium modum primitus fuisse existimo, qui dicendi usus ad simpliciorem antiquiorum hominum cogitandi et dicendi rationem quadrat, nam qui certum quiddam spectans aliquid fieri jubet, eventum, qui pendet ex imperato, quod eventus consecutus est, futurum esse certo exspectat. Sed jam hic notabo, aliis locis, in quibus hanc

---

[1]) Omnes libri m. R excepto, qui δήλεται exhibet, contractam formam δηλῆται praebent, sed verba pura in έω terminata apud Herodotum ubique *diaeresin vocalium facere* Bredovius (libr. IV, p. 372) docet.

notionem minus manifestam esse voluerit, Homerum particula *ὡς* cum *ἄν* vel *κέν* conjuncta usum esse.

b) exempla conjunctivi post tempora secundaria.

Praecedente tempore praeterito, unde enuntiatum finale pendet, indicatur consilium tempore praeterito captum. Itaque in his enuntiatis finalibus, cum res praeteritae non jam res verae, sed modo cogitatae sint, rectissime optativus ponitur. Sed saepissime et apud Herodotum et apud Homerum in enuntiatis finalibus etiam tempore praeterito praecedente conjunctivus occurrit, qui, cum tempore praeterito praecedente sententia ad eius qui loquitur judicium referatur, etiam e loquentis animo explicandus est. Ac primum id tenendum est, quod supra exposuimus, conjunctivo exspectationem actionis eventum certo futurum esse indicari. Quae notio generalis aliis in exemplis alia ratione efficitur.

Nam is qui loquitur res praeteritas ita cogitatione comprehendit, ut tanquam praesentes afferat, itaque in enuntiato regente ponit praesens, quod vocatur historicum, aut aoristum perfecti notione praeditum et in enuntiato finali legitur conjunctivus, quo rem adhuc exspectari posse fingitur.

Exempla, quae huc pertinent, sunt haece:

α) post *ἵνα*.

Apud Herodotum:

I, 117. *οὐ τράπεται*[1]) *ἐπὶ ψευδέα ὁδόν, ἵνα μὴ ἐλεγχόμενος ἁλίσκηται.*

III, 53. *ἵνα μή σφι Περίανδρος ἀπίκηται, κτείνουσι τὸν νεήνισκον.*

III, 143. *ἵνα εὐπετεοτέρως κατάσχῃ..., κατακτείνει...*

VII, 221. *φανερός ἐστι Λεωνίδης ἀποπέμπων, ἵνα μὴ συναπόληταί σφι.*

V, 87. *μετέβαλον ὦν ἐς τὸν λίνεον κιθῶνα, ἵνα δὴ . . . μὴ χρέωνται.*

V, 91. *αὐτοῦ γὰρ τούτου εἵνεκεν τόνδε τε Ἱππίην μετεπεμψάμεθα καὶ ὑμέας, ἵνα ... ἀποδῶμεν*[2]).

[1]) cf. Bredovium libr. II, p. 145 et Kühnerum I, p. 34.

[2]) cf. Kühnerum, prior. edit. II, p. 485.

VII, 8α. *διὸ ὑμέας νῦν ἐγὼ συνέλεξα, ἵνα . . . ὑπερθέωμαι ὑμῖν* [1]).

Apud Homerum:

Il. VII, 27. XX, 126. Od. XIII, 303, 418 ubi aorist. perfecti notione praeditus est. Atque eodem modo post *ὄφρα*: Il. I, 158, 444. Od. III, 15. Od. XI, 94, 214. Quibus in exemplis verbum regens plerumque proficiscendi, veniendi, mittendi notionem habet, ut loquentis animo notio itineris nondum peracti vel in loco petito commorandi una cum consilii adhuc fixi significatione obversetur.

Huc etiam referendus esse mihi videtur ille Iliadis locus IV, 486. *τὴν μὲν θ' ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ . . . ἐξέταμ', ὄφρα ἴτυν κάμψῃ* . . . ., ubi aoristus *ἐξέταμε* comparationi inservit, qui aoristus significat rem, quae, cum praeterito tempore saepius facta sit, etiam posteriore tempore saepius fieri posse cogitatur [2]).

Aut actio efficiens indicatur tempore praeterito atque mutato genere dicendi enuntiatum finale utitur conjunctivo, cum is qui loquitur consilium tempore praeterito captum tanquam praesens atque ita verum agentis consilium, ut tum captum est, non tanquam solam agentis de eventu cogitationem in enuntiatum inducit et actionis eventum adhuc exspectari posse fingit. Eius mutatae structurae causa licet in orationis vigore quodam posita sit [3]), tamen ad sententiam apertius declarandam haud paulum confert, nam cum optativo praeteritis subjuncto consilium tanquam sola cogitatio indicetur neque intellegi possit, utrum eventus exspectatus sit an plane ambiguus fuerit, sententiae ambiguitas conjunctivo tollitur [4]).

Exempla, quae huc pertinent, sunt haece:

Apud Herodotum:

I, 29. *ἀπεδήμησε . ., ἵνα δὴ μὴ ἀναγκασθῇ* [5]).

I, 80. *αὐτοῦ δὴ ὦν τούτου εἵνεκεν ἐσεσόφιστο, ἵνα τῷ Κροίσῳ . . . ᾖ.*

---

[1]) cf. Kühnerum alt. ed II, p. 896.

[2]) cf. Kühnerum Gr. gr. II, p. 138, 8.

[3]) cf. Bernhardium Synt. p. 401.

[4]) cf. Kuehnastium De conj. et opt. p. 34.

[5]) *cf. etiam* Kühnerum II, p. 897.

I, 116. εἶπε, θέλων ἐκπέμψαι τὸν Ἀρτεμβάρεα, ἵνα τὸν βουκόλον βασανίσῃ.

I, 122. οἱ δὲ τοκέες παραλαβόντες τὸ οὔνομα τοῦτο, ἵνα θειοτέρως δοκέῃ, κατέβαλον φάτιν...

II, 133. ταῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο θέλων τὸ μαντήιον ψευδόμενον ἀποδέξαι[1]), ἵνα οἱ δυώδεκα ἀντὶ ἓξ ἐτέων γένηται.

III, 31. ἵνα τε μὴ αὐτοὶ απόλωνται.., παρεξεῦρον ἄλλον νόμον.

III, 150. ἀπέπνιξαν δὲ αὐτάς, ἵνα μή σφεων τὸν σῖτον ἀναισιμώσωσι, ubi Suidas et Eustathius in suis exemplaribus ἀναισιμῶσι male contractum[2]) legisse videntur, sed conj. aor. omnibus libris manuscr. satis munitus est.

IV, 135. κατέλιπεν δὲ τούς τε ὄνους τῶνδε εἵνεκεν, ἵνα οἱ μὲν ὄνοι βοὴν παρέχωνται.

V, 68. φυλὰς δὲ τὰς Δωριέων, ἵνα δὴ μὴ αἱ αὐταὶ ἔωσι.., μετέβαλε...

VII, 36. συνθέντες.., ἵνα ἀνακωχεύῃ τὸν τόνον τῶν ὅπλων.

VII, 36. διέκπλοον δὲ ὑπόφαυσιν κατέλιπον τῶν πεντηκοντέρων.., ἵνα καὶ ἐς τὸν Πόντον ἔχῃ ὁ βουλόμενος πλέειν.

VII, 131. τὸ γὰρ δὴ ὄρος ἔκειρε —, ἵνα ταύτῃ διεξίῃ ἅπασα ἡ στρατιή.... in scriptura διεξῃι, quam libri m. A B C exhibent, modo literam ι ante ῃ librariorum errore omissam esse confirmatur codicibus P et R, qui rectum διεξίῃ praebent.

VII, 36. τὴν γῆν ... παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται...

VII, 37. οἱ τῆς ῥηχίης εἵνεκεν ἐποιήθησαν, ἵνα μὴ πίμπληται τὰ στόματα.

VII, 168. ἐποίευν ὦν ἐπίτηδες, ἵνα ἔχωσι πρὸς τὸν Πέρσην λέγειν τοιάδε.

VIII, 97. γαύλους τε Φοινικηίους συνέδεε, ἵνα... ἔωσι.

IX, 99. ἐποίευν δὲ τούτου εἵνεκεν, ἵνα ἐκτὸς τοῦ στρατοπέδου ἔωσι.

Apud Homerum e multis locis, ubi dei vel homines plerumque ipsi de suis rebus loquentes inducuntur, etiam facilius ea conjunctivi notio, actionis etiam praeteritae eventum adhuc exspectari intellegi potest:

[1]) cf. Bredovium libr. II. p. 152.

[2]) cf. Bredovium libr. IV. p. 391.

Il. IX, 99, 495 [1]) XVII, 445. Od. IX, 102. VIII, 580 [2]). XVI, 369 [3]).

Post ὄφρα saepe conjunctivus praecedente praeterito rem adhuc exspectari indicat ut: Il. IX, 691. Od. IV, 713, ubi in aoristo ἐφωρμήθη mihi aliquid inesse videtur, cujus vis etiam ad posterius tempus permaneat [4]), cf. etiam Od. IX, 13.

Consilium tempore praeterito captum simpliciter tanquam verum agentis consilium, ut tum captum est, indicatur. Od. X, 24, (ubi Bekkerus optativum nescio quo jure in verborum ordinem recepit) et ita saepius post ὄφρα cf. Od. XVIII, 347. XX, 285 etc.

β) post ὡς et ὅπως.

Apud Herodotum:

II, 120. *οὐ γὰρ δὴ οὕτω γε φρενοβλαβὴς ἦν ὁ Πρίαμος οὐδὲ οἱ ἄλλοι, ὥστε ... κινδυνεύειν ἐβούλοντο, ὅκως Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ συνοικέῃ.* Herodotus hoc loco non consilium a Priamo et propinquis vere captum, sed a se cogitatum — quo in exemplorum genere apud Atticos scriptores indicativus temporum historicorum legitur [5]) — conjunctivo indicat, quod tota sententia non rem praeterito tempore factam, sed modo ab eo qui loquitur cogitatam indicans ad eius qui loquitur tempus referenda est; quae sententia etiam valet in sequens exemplum: II, 120 *οὐδὲ .. ἐπίστευον οἱ Ἕλληνες, ὡς μὲν ἐγὼ γνώμην ἀποφαίνομαι, τοῦ δαιμονίου παρασκευάζοντος, ὅκως πανωλεθρίῃ ἀπολόμενοι καταφανὲς τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποισι ποιήσωσι*, ubi totam sententiam ab eo qui loquitur cogitatam esse, apparet ex enuntiato intermisso: *ὡς μὲν ἐγὼ γνώμην ἀποφαίνομαι.*

III, 102. *ἐπὶ ταύτην δὴ αὐτὸς ἀναβαίνει ἐπιτηδεύσας ὅκως .. ζεύξῃ.* Hoc loco Bekkerus, quem Steinius secutus est, indicativum futuri post verbum ἐπιτηδεύω, contendendi notione praeditum, ponendum esse ratus ζεύξει scripsit, sed cum om-

[1]) cf. Kühnerum Gr. gr. II, p. 896.

[2]) cf. Albert Keilium p. 18.

[3]) cf. Kühnerum Gr. gr. II, p. 896.

[4]) Hermannum ad Viger, p. 905.

[5]) cf. Kühnerum II, p. 903.

nium libr. m. scriptura ad conjunctivum aoristi nos ducat neque alterum exemplum, ubi post *ἐπιτηδεύω* indicativus futuri positus sit, exstet, codicum scripturam mutari nolim.

IX. 96. *ἐς δὲ τὴν ἤπειρον ἀπέπλεον, ὅκως ἔωσι ὑπὸ τὸν πεζὸν στρατόν*.. hoc loco, ut supra ad nonnulla Homeri exempla adnotavimus, itineris nondum peracti notio una cum consilii adhuc manentis significatione loquentis animo obversatur.

IX, 102. *ἐπεὶ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν προσεχέων ὁ στρατός, ὅκως ἑωυτῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ μὴ Λακεδαιμονίων, παρακελευσάμενοι ἔργου εἴχοντο προθυμότερον.* Enuntiatum finale mihi non a participio *παρακελευσάμενοι*, sed ab infinitivo *ἔργου ἔχεσθαι* ad. part. *παρακ.* supplendo pendere videtur et conjunctivo Herodotus verum Atheniensium, ut tum captum est, consilium indicat.

Apud Homerum exempla nudi conjunctivi cum *ὡς* vel *ὅπως* conjuncti praecedente praeterito non inveni, sed apud eum *ὡς* (nusquam *ὅπως*) adiecta particula *ἄν* vel *κέν* cum conjunctivo conjunctum saepius exstat tempus praeteritum sequens, quo efficitur notio, quae secundum ea, quae sub capite de particulis *ἄν* et *κέν*[1]) dixi, magis magisque ad optativi vim ac notionem accedere mihi videtur.

c) exempla conjunctivi cum *ἄν* (vel *κέν*) conjuncti.

α) de particula *ἵνα* neque apud Homerum neque apud Herodotum cum *ἄν* vel *κέν* conjuncta jam p. 21 disputatum est. Sed particula *ὄφρα*, quae Homero usitatissima particula finalis est, saepius cum *ἄν* vel *κέν* conjuncta legitur ut Il. VIII, 375, (ubi particula *ἄν* ad condicionem participio *καταδῦσα*[2]) indicatam spectat). Od. X, 298, (quo loco *κέν* minus certam de eventu exspectationem significat). Od. XVI, 234. Sed Il. VI, 258. X, 444. Od. XIX, 17 *ὄφρα κέ* potius temporalem, quam finalem notionem habere mihi videtur.

β) post *ὡς* et *ὅπως*.

Apud Herodotum:

I, 11. *ἢ αὐτόν σε αὐτίκα οὕτω ἀποθνήσκειν δεῖ, ὡς ἂν μὴ πάντα πειθόμενος Κανδαύλῃ τοῦ λοιποῦ ἴδῃς τὰ μή σε δεῖ.*

---

[1]) cf. p. 20. — [2]) cf. Albert Keilium p. 43.

I, 22. *ταῦτα δὲ ἐποίεε τε καὶ προαγόρευε Θρασύβουλος τῶνδε εἵνεκεν, ὅκως ἂν δὴ ὁ κῆρυξ ὁ Σαρδιηνὸς ἰδὼν . . . . ἀγγείλῃ Ἀλυάττῃ*, ubi *ἄν* ad condicionem participio *ἰδὼν* indicatam spectat. Aliis locis Herodotus post verbum contendendi *ποιέειν* etc. *ὅκως* cum indicativo futuri conjuncto utitur, ut I, 209. V, 23, 36, 109. VII, 18 etc., sed inter conjunctivum, praesertim aoristi, et indicativum futuri non multum interesse docent Baeumleinius, Kuehnerus, Hartungius[1]) et pluribus locis Herodoteis firmatur cf. Herod. II, 120. III. 85 etc.

Apud Homerum:

Particulam *ὅπως* nusquam cum *ἄν* vel *κέν* conjunctam exstare, supra[2]) monuimus. Sed particula *ὡς* cum *ἄν* vel *κέν* conjuncta plerumque praecedente imperativo vel conjunctivo adhort. saepissime apud Homerum legitur, ubi actionis eventum, cum a condicione pendeat, minus certo exspectari indicatur. Huc pertinent haece exempla: Il. I, 32. II, 385. VI, 69, 143. VII, 334. VIII, 508. XVI, 84. XIX, 151. Od. II, 376. IV, 672. V, 26. VIII, 101. XVI, 84, 169. XIX, 319, 321. XXII, 177. XXIV, 533. Quibus omnibus locis praecedit imperativus vel conjunctivus adhortativus.

ὡς ἄν cum conjunctivo praecedente tempore praeterito exstat: Od. XXIV, 360, ubi in *προὔπεμψε* itineris nondum peracti notio inest, ita ut etiam eventus nondum consecutus, sed adhuc exspectandus indicetur, atque *ἄν* spectat ad simile ac „si pervenerint."

Jam ex exemplis modo allatis satis mihi apparere videtur, in omnibus locis conjunctivum ad eam, quam supra statuimus, generalem conjunctivi notionem quamvis diversa ratione revocari posse.

2) Exempla optativi.

Optativi in enuntiatis finalibus positi, ut supra[3]) exposuimus, ea est vis, ut actio optativo indicata tanquam mera

---

[1]) Baeumleinius: De modis p. 39 et 54. Kühnerus II, p. 899. Hartungius: De part. I, 14. II, 143; praetera latini futuri formas in am terminatas conjunctivi praesentis formis propinquissimas esse, quis est qui nesciat.

[2]) cf. p. 21. — [3]) cf. p. 16.

eius qui agit cogitatio indicetur, sed ita, ut in hoc optativo, quo eius qui agit de eventu cogitatio indicatur, simul voluntatis ad eventum spectantis — modo cogitatione comprehensae — vestigia exstent. Atque cum res praeteritae non jam res verae, sed modo cogitatae sint, optativus aptissimum locum tenet in iis enuntiatis finalibus, in quibus de consilio praeterito tempore capto agitur. Huc pertinent haece exempla:

a) post tempora secundaria:

α) post ἵνα.

Apud Herodotum:

I, 185. *κατὰ τοῦτο δὲ ἐργάζετο*[1]) ..., *ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι ἐκμανθάνοιεν αὐτῆς τὰ πρήγματα.*

I, 186. *τὰς δὲ νύκτας τὰ ξύλα ταῦτα ἀπαιρέεσκον τοῦδε εἵνεκα*[2]), *ἵνα μὴ διαφοιτέοντες τὰς νύκτας κλέπτοιεν παρ' ἀλλήλων.*

III, 43. *τοῦδε δὲ εἵνεκεν ταῦτα ἐποίεε, ἵνα μὴ .... αὐτὸς ἀλγήσειε τὴν ψυχὴν* ... De lectione *τοῦδε* variant codices, nam libri m. A B C P exhibent *τοῦ δὲ εἵνεκεν*, liber m. d praebet *τοῦ δὲ εἵνεκα* et R *τοῦδε εἵνεκε*. Primum vero Herodotum, cum ad sequentia demonstrare voluerit, pronomen *ὅδε*, non *ὁ* articulum solum scripsisse firmant plurimi loci, ut I, 82, 136, 186. II, 89. IV, 135, 201 et alii. Deinde particulam *δέ* suffixo *δε* saepissime a librariis permutatam esse satis constat, itaque cum ex Herodoti dicendi usu particula copulativa desideretur, *τοῦδε δὲ* cum Steinio scribi malim.

III, 48. *τρωκτὰ σησάμου τε καὶ μέλιτος ἐποιήσαντο νόμον φέρεσθαι, ἵνα ἁρπάζοντες οἱ .. παῖδες ἔχοιεν τροφήν.*

---

[1]) In libro m. A et in B a priore manu scriptum legitur *ἠργάζετο* in reliquis *εἰργάζετο*, sed de hujus verbi augmento cf. Bredovium libr. IV p. 301, 302 et Kühnerum I, p. 819.

[2]) Herodotum pro *ἕνεκεν* vel *ἕνεκα* constanter *εἵνεκεν* scripsisse docet Bredovius, qui in Herodoti dialectum et orthographiam diligentissime inquisivit (libr. II, p. 151). Ac quamvis haec Bredovii sententia et constantia mihi placeat, qui negat, Herodotum alio loco alia eiusdem vocabuli forma usum esse, tamen, cum saepissime cum omnium fere codicum consensu etiam *εἵνεκα* legatur (I, 136), uno quoque loco optimorum et simul plurimorum codicum scripturam respiciendam esse existimo, cf. etiam Kühnerum gr. gr. I, p. 34 et Baehrium ad Herod. I, 4 et 115.

IV, 158. *καὶ τὸν κάλλιστον τῶν χώρων ἵνα διεξιόντες οἱ Ἕλληνες μὴ ἴδοιεν,.. νυκτὸς παρῆγον.*

IV, 201. *κατέῤῥηξαν δὲ τοῦδε εἵνεκα τὴν ἐποίησαν γέφυραν, ἵνα ἐμπεδορκέοιεν.*

VI, 36. *ἀπετείχισε τὸν ἰσθμὸν..., ἵνα μὴ ἔχοιεν σφέας οἱ Ἀψίνθιοι δηλέεσθαι.* Pro *ἐπετείχισε*, quod libri m. A B C d exhibent, cum reliquis et Steinio *ἀπετείχισε* scribi malim, praesertim cum aliis et similibus locis aut *τειχίζειν* aut *ἀποτειχίζειν* (IX, 8) legatur et *ἀπετείχισε* (muro seclusit) rectissimum sensum praebeat.

VII, 87. *ὕστεροι ἐτετάχατο, ἵνα μὴ φοβέοιτο τὸ ἱππικόν.*

VII, 239 *ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα, ἵνα φερόμενον κεινὸν τὸ δελτίον μηδὲν πρῆγμα παρέχοι.*

VIII, 7 *περιέπεμπον . . . ἐς τὸν Εὔριπον, ἵνα δὴ περιλάβοιεν οἱ μὲν ταυτῃ ἀπικόμενοι.*

VIII, 24 *τοὺς λοιποὺς τάφρους ὀρυξάμενος ἔθαψε, φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν καὶ γῆν ἐπαμησάμενος ἵνα μὴ ὀφθείησαν...*

apud Homerum:

id exemplorum genus non minus frequens est cf. Il. V, 3. 564. IX, 452. X, 367. XV, 597. XVI, 576. XVII, 126. XIX, 39. XXI, 38. 447. Od. I, 157. III, 2. 78. 438. IV, 584. V, 2. 492. VI, 50. IX, 53. 489. X, 33. 236. XI, 169. XIII, 74. XIV, 295. XV, 251. XIX, 198. 413. — post *ὄφρα* Homero usitatissimam part. finalem: cf. Il. XVIII, 376. XXII, 443. XXIII, 197. XXIV, 285. 581. Od. I, 261. IV, 443. V, 255. VIII, 275. XIII, 190. XIV, 28. XV, 149. 294 etc.

β) post *ὡς* et *ὅπως*.

apud Herodotum:

I, 17. *τὰς δὲ οἰκίας οὐ κατέβαλλε ὁ Λυδὸς τῶνδε εἵνεκα, ὅκως ἔχοιεν οἱ Μιλήσιοι, αὐτὸς δὲ . . . ἔχοι.* Libri m. aoristi formam *κατέβαλε* praebent exceptis A^2 et R, in quibus imperfectum *κατέβαλλε* legitur. Sed cum hic de re agatur, quae saepius facta est, atque a librariis verbi *βάλλειν* formas saepissime confusas esse constet, hic imperfectnm cum libris m.

A² et R praeferendum et in verborum ordinem recipiendum esse existimo. Praeterea illud *ν ἐφελκυστικόν*, quod plurimi codices formae *κατέβαλλε* additum praebent, delendum esse Bredovius (II. p. 103) mihi persuasit.

II, 109 *ὁ δὲ ἔπεμπε τοὺς ἐπισκεψομένους καὶ ἀναμετρήσοντας ..., ὅκως τοῦ λοιποῦ κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς τελέοι.*

V, 33. *ἔσχε τὰς νέας ἐς Καύκασα, ὡς ἐνθεῦτεν ἐς Νάξον διαβάλοι.*

V, 96. *πᾶν χρῆμα ἐκίνεε ... καὶ ποιέων ἅπαντα, ὅκως αἱ Ἀθῆναι γενοίατο.*

V, 98. *οὐ δ' ὦν οὐδὲ τούτου εἵνεκα ἐποίεε ἀλλ' ὅκως βασιλέα Δαρεῖον λυπήσειε.*

VII, 176. *τοῦτο προεφυλάξαντο οἱ Φωκέες ... πᾶν μηχανεόμενοι*[1]) *ὅκως μή σφι ἐςβάλοιεν οἱ Θεσσαλοὶ ...*

VIII, 16. *οἱ δὲ βάρβαροι ... ἐκυκλεῦντο, ὡς περιλάβοιεν αὐτούς.*

VIII, 35. *ἐπορεύοντο δὲ τῶνδε εἵνεκα, ὅκως Ξέρξῃ ἀποδέξαιεν ...*

VIII, 71. *καίτοι τὰ δυνατὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, ὅκως κατ' ἤπειρον μὴ ἐςβάλοιεν οἱ βάρβαροι.*

VIII, 76. *ἐποίευν δὲ σιγῇ ταῦτα, ὡς μὴ πυνθανοίατο οἱ ἐναντίοι.*

IX, 117. *ἐδέοντό τε τῶν στρατηγῶν ὅκως ἀπάγοιέν σφεας ὀπίσω ..*

apud Homerum:

Il. V, 24. IX, 461. X, 491. XXI, 548. 605. Od. III, 14. VI, 129. 319. VIII, 345. IX, 42. IX, 549. XIII, 319. XIV, 297. 312. XVIII, 160. XXII, 472 et aliis locis.

b) Exempla optativi post tempora primaria.

Optativus post tempus primarium in enuntiato finali positus exceptis iis exemplis, quae in oratione obliqua usurpata

---

[1]) Cum codice P, quem in orthographicis aliquanto esse ceteris purgatiorem, quaedam ad dialectum maxime pertinentia unum recte aut certe constanter scripta exhibere Steinius (praefat. ad ed. crit. p. XXXII) docet, *μηχανεόμενοι* contra ceteros libros m., qui partim *μηχανόμενοι* partim *μηχανώμενοι* praebent, scribimus affirmante praeterea Bredovio (libr. IV, p. 388).

sunt, apud Herodotum rarissime legitur, multo saepius apud Homerum. Atque hoc optativo tempus primarium sequente actio tanquam mera eius qui agit cogitatio ratione actionis ad effectum adducendae non habita indicatur. Qua notione praeditus optativus legitur

α) post *ἵνα*

apud Herodotum:

II, 93. *ἀναπλώοντες ὀπίσω τῆς αὐτῆς ἀντέχονται, ἐγχριμπτόμενοι καὶ ψαύοντες ὡς μάλιστα, ἵνα δὴ μὴ ἁμάρτοιεν τῆς ὁδοῦ.*

Hic dixerit quispiam, piscibus hanc de eventu cogitationem haudquaquam tribuendam neque hoc loco optativum illa, quam statuimus, notione praeditum esse. Sed Herodotus id, quod solius piscium naturae munus est, tanquam de consilio ab iis effici depingit et poëtarum more etiam animalibus consilia una cum cogitatione tribuit. Itaque haec optativi notio, qua actio tanquam mera eius qui agit cogitatio indicetur, etiam in hunc locum valet [1]).

β) post *ὅκως*.

I, 63. *βουλὴν ἐνθαῦτα σοφωτάτην Πεισίστρατος ἐπιτεχνᾶται, ὅκως μήτε ἁλισθεῖεν ἔτι οἱ Ἀθηναῖοι διεσκεδασμένοι τε εἶεν.* Quamquam Herodotus praesentis forma *ἐπιτεχνᾶται* actionem efficientem inducit praesentem, tamen cogitatum eventum non indicat adhuc exspectandum, sed rei ad effectum adducendae rationem non habens eventum spectatum tanquam meram Pisistrati cogitationem optativo significat.

Haec duo leguntur exempla optativi tempus primarium sequentis.

Apud Homerum exempla optativi tempus primarium sequentis paulo saepius leguntur, in quibus optativi, etiamsi omnes ad primariam optativi notionem revocari possunt, varie explicandi sunt.

Aut primaria optativi notio tam perspicua est, ut alia interpretatione non opus sit, ut Il. I, 344 *οὐδ' ἔτι οἶδε νοῆσαι*

---

[1]) cf. praeterea Matthiaeum gr. gr. § 518 p. 1181.

ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, ὅππως . . . μαχέοιντο, ubi particula *ὅππως* medium quendam locum inter vim finalem et interrogativam mihi tenere videtur[1]).

Il. VII, 340 *ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν . . ., ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη*[2]). Il. XXIII, 487. *ἵστορα δ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα θείομεν ἄμφω, ὁππότεραι πρόσθ' ἵπποι, ἵνα γνοίης ἀποτίνων.* Aliis locis Homerus post conjunctivum adhortativum in enuntiato finali conjunctivum scribere solet, qua re et Hermanni sententia[3]). Bekkerus commotus esse videtur, ut conjunctivum *γνώῃς* in textum reciperet. Sed formam conjunctivi ita productum in Homeri carminibus frustra quaeras[4]). Quam ob rem optativus *γνοίης* tenendus est, qui, quamquam ad primariam optativi notionem facile revocari potest, tamen, cum conj. adhort. praecedat, paulo aliam interpretationem habere videtur. Nam optativus hoc loco notione deducta praeditus eventum ambiguum significare videtur, quem ceteroquin optativus cum *ἄν* vel *κέν* conjunctus indicat (cf. Od. II, 53. XXIII, 135 etc.). Quae sententia etiam Kuehnastio (p. 25) probatur, cum dicit: „Idomeneus, se Agamemnone arbitro in certamine superiorem Ajace fore, quomodo sine dubitatione pronuntiare potuit?"

Od. XVIII, 250 *ἄξω τῆλ' Ἰθάκης ἵνα μοι βίοτον πολὺν ἄλφοι.* Thierschii[5]) de hoc loco sententia, particulam *ἵνα* de loco accipiendam esse, ad irritum cadit, nam quis est, qui putet, „in remota tantum terra vel omnino servos venire vel magno certe pretio venire posse?"[6]) Primaria notione optativus praeditus est imprimis iis locis, ubi enuntiatum finale pendet ab optativo, qui optato indicando inservit. Nam cum enuntiatum finale, quoniam optatio simul cogitatio est, a re cogitata pendeat, consentaneum est, etiam in enuntiato finali optativum locum tenere.

---

[1]) cf. Albert. Keilium. p. 51.
[2]) de hoc loco cf. etiam Kuehnastium p. 25.
[3]) cf. Hermannum opusc. I, 288.
[4]) cf. Kuehnastium p. 22.
[5]) cf. Thierschium gr. gr. § 342, 3.
[6]) cf. Kühnastium p. 23.

Exempla huc pertinentia leguntur: Od. III, 347. XIV, 408. Od. XVIII, 369. XX, 81. XXI, 201.

Aut iis locis, ubi duo enuntiata finalia conjuncta sunt, optativo aut secundarium et remotius (cf. Il. XXIII, 361) aut a priore consilio conjunctivo indicato pendens consilium significatur (cf. Od. XII, 157). Sed de hoc exemplorum genere infra disputabitur.

c) Exempla optativi cum *ἄν* (vel *κέν*) conjuncti.

Particula *ἄν* (vel *κέν*) addita id, quod optativo indicatur, e solius cogitationis regione aliqua ex parte ad res veras deducitur, ita ut optativo cum *ἄν* conjuncto significetur, rem cogitatam fortasse rem veram fieri posse.

Post part. *ἵνα* optativus cum *ἄν* (vel *κέν*) conjunctus neque apud Homerum — nisi de illo Odysseae loco (XII, 157) aliter iudices — neque apud Herodotum exstat.

Post *ὄφρα* apud Homerum optativus c. *ἄν* (vel *κέν*) conjunctus non nisi Il. XII, 26, quantum scio, legitur, ubi *κε* ad *συνεχές* respicere mihi videtur; nam Od. V, 65 lectio parum certa est, cum pro *ἂν ἵκοιο* non minus apte *ἀφίκοιο* legi possit.

Post *ὥς* et *ὅκως* legitur optativus c. *ἄν* conj.:

apud Herodotum

I, 91 *προθυμεομένου δὲ Λοξίεω, ὅκως ἂν κατὰ τοὺς παῖδας τοὺς Κροίσου γένοιτο τὸ Σαρδίων πάθος καὶ μὴ κατ' αὐτὸν Κροῖσον.* Hoc loco per Herodoti dicendi usum pro optativo c. *ἄν* conjuncto exspectatur post verbum considerandi indicativus futuri [1]), sed *ὅκως* medium quendam locum inter finalem et interrogativam notionem tenet, ita autem, ut finalis praevaleat, quod e sequente particula *μή* apparet.

Kühneri sententia [2]), particulam *ἄν* hoc loco significare „si opus esset“, mihi quidem non probatur, sed *ἄν* generaliter ad condicionem spectans significat „si fieri posset.“

I, 99 *ταῦτα δὲ περὶ ἑωυτὸν ἐσέμνυνε τῶνδε εἵνεκεν, ὅκως ἂν μὴ ὁρέοντες οἱ ὁμήλικες ... λυπεοίατο καὶ ἐπιβούλοιεν,*

---

1) cf. Kuehnerum gr. gr. II. p. 199.

2) *cf. Kuehnerum* gr. gr. ed. prior. p. 489.

ἀλλ' ἑτεροῖός σφι δοκέοι εἶναι μὴ ὁρέουσι[1]). Particula *ἄν* ad condicionem participio *ὁρέοντες* et *μὴ ὁρέουσι* indicatam spectat[2]).

III, 44 *ἐδεήθη ὅκως ἄν καὶ παρ' ἑωυτὸν πέμψας ἐς Σάμον δέοιτο στρατοῦ*, hoc loco et V, 98 *ἐπηγγέλλοντο ἐς τὴν Χίον τοῖσι Παίοσι ὅκως ἂν ὀπίσω ἀπέλθοιεν* particula *ἄν* generaliter ad condicionem spectans significat simile quoddam ac „si vellent, si iis placeret“, itaque particula *ἄν* post verba *δέεσθαι, ἐπαγγέλλεσθαι* et similia in enuntiato finali posita precibus modestius pronuntiandis inservit[3]) (cf. Il. XVI, 84 post imperativum. Od. XVIII, 183).

V, 37 *ἰσονομίην ἐποίεε τῇ Μιλήτῳ, ὡς ἂν ἑκόντες αὐτῷ οἱ Μιλήσιοι συναπισταίατο*; ac particula *ἄν* ad praecedens respiciens significat „aequis juribus constitutis.“

VII, 176 *τὸ ὕδωρ τὸ θερμὸν τότε ἐπῆκαν ἐπὶ τὴν ἔσοδον, ὡς ἂν χαραδρωθείη ὁ χῶρος*, ubi particula ad condicionem participio *πειρεομένων* indicatam respicit[4]).

VIII, 7 *περιέπεμπον ἔξωθεν Σκιάθου, ὡς ἂν μὴ ὀφθείησαν ὑπὸ τῶν πολεμίων περιπλέουσαι Εὔβοιαν*, quo loco optativus *ὀφθείησαν* optimis libris m. A B C d satis munitus est.

IX, 22 *ἤλαυνον τοὺς ἵππους πάντες, ὡς ἂν τὸν νεκρὸν ἀνελοίατο*, etiam hic particula *ἄν* ad condicionem generaliter spectans significat „si possent“[4]).

Apud Homerum, ut supra diximus, particula *ἄν* cum

---

[1]) Neque *ὁρέωσι*, quod libri m. C et P exhibent, neque *ὁρῶσι*, quod ceteris traditum Steinius in ordinem verborum recepit, ab Herodoti manu mihi esse videtur, sed vulgares in *ῶ* contractiones verborum in *αω* exeuntium apud Herodotum *α* simpliciter in *ε* mutato in *εω, εο, εου* solutas esse Bredovius mihi persuasit, cum (libr. IV. p. 382—391) omnia fere exempla huc pertinentia attulit et secundum codicum scripturas et Herodoti et aliorum Jonum dicendi usum recensuit. Deinde hoc loco *ὁρέουσι* genuinam formam esse, jam e praecedente forma *ὁρέοντες*, etiam Steinio probata, apparere mihi videtur (cf. etiam VII, 206 ubi omnes codices in formam *ὁρέοντες* conveniunt). Neque enim mihi persuadere possum, Herodotum in verbis flectendis alio loco aliam legem secutum esse.

[2]) cf. Kuehnerum gr. gr. II, p. 900.

[3]) cf. Kuehnerum II, p. 198.

[4]) cf. Kuehnerum II, p 900.

optativo conjuncta post ὅπως quidem nunquam legitur, sed post ὡς saepissime, atque ita post tempora primaria:

Od. II, 53 οἳ πατρὸς μὲν οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι | Ἰκαρίου, ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα, | δοίη δ' ᾧ κ' ἐθέλοι..

Hoc loco cum non agatur de consilio vere capto, sed de consilio ab eo, qui loquitur i. e. a Telemacho, non nisi ficto, (cf. Herod. II, 120 p. 30), optativus etiam praecedente tempore primario aptissimum locum tenet atque part. ἄν ad praecedens νέεσθαι respiciens [1]) significat „si venerint". Nam sensus hujus loci est: Proci verentur patris domum adire, quod, si venerint, periculum sit, ne cui filiam in matrimonium det. Neque huc jam procorum consilium spectat [2]).

Od. XIII, 402 κνυζώσω δέ τοι ὄσσε, ὥς ἂν ἀεικέλιος πᾶσι μνηστῆρσι φανείης [3]) σῇ τ' ἀλόχῳ καὶ παιδὶ ... hic Minerva utitur optativo, quod illud „ἀεικέλιος φανῆναι" ab aliorum, scilicet procorum, Penelopes Telemachique judicio pendet. Itaque hoc loco optativus non aliud sibi vult quam optativus orationis obliquae. Atque particula ἄν significare mihi videtur „si oculi tui caligabunt" [4]). Pari modo explicandus est: Od. XXIII, 135 ubi κέν ad condicionem participio ἐκτὸς ἀκούων indicatam spectat.

Sed Od. XVI, 297 καλλιπέειν δύο δοῦρε.., ὡς ἂν ἐπιθύσαντες ἑλοίμεθα optativus c. ἄν conjunctus, quo significatur rem cogitatam fortasse effici posse, indicat ambiguum eventum [4]). Atque huc referendus erat etiam ille Odysseae locus VIII, 237 nisi particula ὡς propter sequentem negationem οὐ consecutiva notione praedita intellegenda esset [5]).

Post tempora secundaria multo saepius optativus cum ἄν vel κέν conjunctus post particulam ὡς apud Homerum legitur, quo, cum optativus cum ἄν conjunctus significet, rem

---

[1]) cf. Kuehnerum II, p. 901.

[2]) cf. praeterea Kuehnastium p. 24.

[3]) De hujus loci scriptura cf. Kuehnastium p. 22.

[4]) cf. Kuehnerum gr. gr. II, p. 901.

[5]) Aliter de hoc loco Kuehnastius judicare videtur cf. p. 26. cf. etiam Albert. Keilium p. 11.

cogitatam fortasse rem veram fieri posse, ambiguus actionis eventus indicatur. Huc pertinent: Od. VIII, 21. XVII, 362. XXIV, 83 et multi alii loci.

C. Exempla enuntiatorum finalium, quae in oratione obliqua usurpata sunt.

Supra [1]), cum de conjunctivi et optativi notione principali eorumque in enuntiatis finalibus usu diceremus, breviter commemoravimus, optativum in enuntiatis finalibus scriptum nihil aliud sibi velle quam in oratione obliqua est, quo actio tanquam mera eius qui agit cogitatio significetur. Ac cum oratione obliqua omnino non res factae et verae, sed sive eius qui loquitur sive aliorum de rebus quibusdam sententiae et judicia pronuntientur atque ita etiam agentium consilia non absolute enarrentur, sed ad eius qui loquitur vel aliorum judicia referantur vel, ut jam breviter dicamus, cum oratione obliqua merae cogitationes indicentur, in enuntiatis finalibus orationis obliquae optativus aptissimum locum teneret sive praecedente tempore primario sive secundario. Sed nobis et Homeri carmina et Herodoti historiarum libros examinantibus permulta occurrunt exempla, in quibus in tali orationis genere conjunctivus usurpatur. Atque apud Homerum et Herodotum certe saepius talibus locis conjunctivus quam optativus legitur. Quin etiam apud Thucydidem in enuntiatis finalibus orationis obliquae optativus duobus tantum locis (III, 52, 2 et IV, 83, 3)[2]) legitur, aliis locis conjunctivus. Quam propriam linguae Graecae consuetudinem plurimi grammatici ita explicant, ut dicant, scriptores Graecos saepissime ex oratione obliqua in rectam transire solere, ita ut non sententias de aliorum consiliis, sed ipsa eorum, de quibus loquantur, consilia afferre videantur, qua re orationis vigor quidam atque alacritas efficiatur. Quam sententiam etiamsi non plane reiciamus, tamen, ut conjunctivos ita scriptos ad hanc ab illis grammaticis constitutam notionem deducamus, diversae nobis ingrediendae esse videntur viae.

---

[1]) cf. p. 16.

[2]) cf. Widmannum: de fin. enunc. usu Thucyd. p. 20.

Nam primum de illis conjunctivis monendum est, apud Graecos necessitatem aliorum sententias oblique afferendi omnino nullam fuisse, deinde Herodotum saepius aliis de causis, non solum res repraesentandi causa conjunctivos scripsisse, statim videbimus. Atque, ut hoc jam dicam, etiam in oratione obliqua conjunctivus et optativus suam propriam notionem tenent. Sed transeamus ad singula exempla examinanda:

1) Exempla conjunctivi:

Ac primum Herodotus conjunctivum ponit, ubi is qui agit actionis eventum etiam ad posterius tempus pertinere et — quae notio tempore praes. efficitur — posteriore tempore durare vult, ut I, 20 *Μιλήσιοι δὲ τάδε προστιθεῖσι τούτοισι, Περίανδρον ... τὸ χρηστήριον πέμψαντα ἄγγελον κατειπεῖν, ὅκως ἄν τι προειδὼς πρὸς τὸ παρεὸν βουλεύηται.* II, 121 *τὸν οἱ κοδόμον ... τούτοισι δὲ ἀπηγήσασθαι ὡς ἐκείνων προυρέων*[1]), *ὅκως βίον ἄφθονον ἔχωσι, τεχνάσαιτο.* III, 9 *λέγεται τὸν βασιλέα τῶν Ἀραβίων ... ἐν δὲ τῇ ἀνύδρῳ μεγάλας δεξαμενὰς ὀρύξασθαι, ἵνα δεκόμεναι τὸ ὕδωρ σώζωσι*, ubi lectio *ποτίζωσι* correctoris R novandi et mutandi semper aliquid cupiditati attribuenda est[2]).

IV, 97 *καὶ τάδε λέγειν φαίη τις ἄν με ἐμεωυτοῦ εἵνεκεν, ὡς καταμένω.*

VII, 150 *Ἀργείους λέγεται ... ἐπισταμένους, ὅτι οὐ μεταδώσουσι τῆς ἀρχῆς Λακεδαιμόνιοι, μεταιτέειν* (praes. hist.) *ἵνα ἐπὶ προφάσιος ἡσυχίην ἄγωσι.*

IX, 7 β *νῦν δὲ ὅτι τάχος, ἅμα ἡμῖν ἐκέλευσαν ὑμέας ἐκπέμπειν, ὡς ἂν τὸν βάρβαρον δεκώμεθα ἐν τῇ Ἀττικῇ.* In *δεκώμεθα* simul tenendi notio inest, qua res durans significatur atque *ἄν* generaliter ad condicionem spectans significat „si possimus.“

Deinde conjunctivus usurpatur, cum is qui loquitur, arbitratur etc., de quo agitur, id quod sola cogitatione continetur,

---

[1]) Contractam formam **προορῶν** exhibent libri m. A B R d, sed de genuina forma **προορέων** cf. p. 39 adn. 1.

[2]) *cf. Steinium:* praefat ad ed.. crit. p. XXVIII.

certo exspectari posse indicare vult atque ita Herodotus conjunctivo nonnullis locis (cf. III, 148. IV, 120. VI, 49. VI, 100) utitur, ut a se ipso narrante vel ab aliis eum, qui vere loquitur, arbitratur etc., distinguat. Huc pertinent haece exempla: I, 24. *ἀλλὰ κελεύειν τοὺς πορθμέας ἢ αὐτὸν διαχρᾶσθαί μιν, ὡς ἂν ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ,* ubi particula *ἄν* illa certa exspectatio aliqua ex parte minuitur.

I, 27 *νησιώτας δὲ τί δοκέεις εὔχεσθαι ἄλλο ἢ . . . λαβεῖν ἀρεόμενοι*[1]) *Λυδοὺς ἐνθαλάσσῃ, ἵνα . . . τίσωνταί σε . . .* nam Bias vel Pittacus conjunctivo utitur, cum insulanos consilii eventum certo exspectaturos esse dicere velit, eo consilio ut Croesum a stulto proposito avertat. Ac de scriptura hoc monendum mihi esse videtur. Plurimi libri m. praebent *ἀρώμενοι,* sed in codice C a manu posteriore scriptum est *ἀρᾶσθαι,* quod idem in codice P in verborum ordine ipso legitur, sed in margine additum est *ἀρώμενοι.* Et cum ille homo, qui codicem P scripsit, magna cura illa, quae in aliis exemplis melius scripta viderat, aut intra versus aut extra adscribere consueverit[2]), colligendum est, *ἀρεόμενοι* genuinam fuisse lectionem, quamvis orationis concinnitatem perturbet, praesertim cum etiam optimis libris m. tradita sit.

I, 36 *νῦν ὦν προς δεόμεθά σευ τὸν παῖδα … συμπέμψαι ἡμῖν, ὡς ἄν μιν ἐξέλωμεν,* ubi *ἄν* ad condicionem e praecedentibus verbis colligendam spectans significat „si filius tuus et juvenes et canes missi erunt.“

III, 148 *ἄμεινον εἶναι ἔφη τῇ Σπάρτῃ τὸν ξεῖνον τὸν Σάμιον ἀπαλλάσσεσθαι, ἵνα μὴ ἀναπείσῃ ἢ αὐτὸν ἢ ἄλλον τινὰ …*

IV, 120 *οἱ Σκύθαι ἐβουλεύοντο . . πρῶτα μέν νυν ὑπάγειν σφέας ἰθὺ τῶν χωρέων … ἵνα καὶ τούτους ἐκπολεμώσωσι.*

VI, 49 *δοκέοντές τε ἐπὶ σφίσι ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας δεδωκέναι ὡς ἅμα τῷ Πέρσῃ ἐπὶ σφέας στρατεύωνται.*

VI, 100 *προσεδέετό τε ἀπαλλάσσεσθαί σφεας —, ἵνα μὴ προσαπόλωνται.*

---

[1]) De dissoluta forma *ἀρεόμενοι* cf. p. 39 et Bredovium libr. IV, p. 388.

[2]) cf. Steinium ad ed. crit. praef. p. XXXII.

VII, 149 *(ταῦτα μὲν) λέγουσι (τὴν βουλὴν) ὑποκρίνασθαι . . ., σπουδὴν δὲ ἔχειν Ἀργείους, σπονδὰς γενέσθαι τριηκοντοέτιδας, ἵνα δὴ σφι οἱ παῖδες ἀνδρωθέωσι ἐν τούτοισι τοῖσι ἔτεσι.*

VIII, 90 *καί σφεων ἐκέλευσε τὰς κεφαλὰς ἀποταμεῖν, ἵνα μὴ . . . διαβάλλωσι.*

Tum etiam de consilio praeterito tempore capto Herodotus conjunctivum scribit, ubi indicare vult, consilii eventum tum confidenter exspectatum fuisse, quod ex optativo in enuntiato finali posito haudquaquam intellegi potuit. Huc pertinent:

I, 5 *ἐπεὶ δ' ἔμαθε*[1]) *ἔγκυος ἐοῦσα, αἰδεομένη τοὺς τοκέας οὕτω δὴ ἐθελοντὴν αὐτὴν τοῖσι Φοίνιξι συνεκπλῶσαι, ὡς ἂν μὴ κατάδηλος γένηται.* Accusativus *αἰδεομένην* in margine codicis P adscriptus quamvis sit aptus, tamen, cum omnes libri m. exhibeant nominativum, reiciendus est. Ceterum in hac Herodoti negligentia, quae saepius occurrit, non est offendendum.

II, 100 *ἔλεγον, πλὴν ὅτι αὐτήν μιν . . . ῥίψαι ἐς οἴκημα σποδοῦ πλέον, ὅκως ἀτιμώρητος γένηται.*

II, 121 β *καὶ κελεύειν τὴν ταχίστην ἐςδύντα ἀποταμεῖν*[2]) *αὐτοῦ τὴν κεφαλήν, ὅκως μὴ αὐτὸς ὀφθεὶς καὶ γνωρισθεὶς ὃς εἴη προςαπολέσῃ κἀκεῖνον.* Quod libri m. P R d praesens *ἀποτάμνειν* exhibent, Steinii[3]) sententiam firmat, qui dicit, ubi codex P cum R consentiat, eos communis parentis, quem vocat Ψ, lectionem praebere; sed aoristum *ἀποταμεῖν* reliquis traditum praeferendum esse existimo, quod totus sententiae color impetum quendam agendi et animi commotionem exprimere mihi videtur, quae potius aoristi formis efficiuntur.

III, 66 *ἀλλ' ἠπιστέατο ἐπὶ διαβολῇ εἰπεῖν Καμβύσεα, ἵνα οἱ ἐκπολεμωθῇ πᾶν τὸ Περσικόν.*

---

[1]) Libri m. A C P exhibent *δ' ἔμαθε* eliso ε et δ apostropho praedito, alii plenam part. *δὲ* praebent, sed de hoc Herodoti dicendi usu cf. Bredovium libr. II, p. 212.

[2]) De verbi *τέμνω* ε apud Herodotum in α mutato cf. Bredovium libr. II, p. 144.

[3]) *cf. Steinium:* praef. p. XXXII.

III, 137 ... *μοι δοκέει σπεῦσαι τὸν γάμον .. Δημοκήδης, ἵνα φανῇ .. ἐὼν δόκιμος.*

V, 85 *Ἀθηναῖοι μέν νυν λέγουσι ... ἀποσταλῆναι ... τῶν ἀστῶν τούτους, οἳ ... τὰ ἀγάλματα ταῦτα πειρᾶν ... ἐξανασπᾶν, ἵνα σφέα ἀνακομίσωνται.* Infinitivum *πειρᾶν*, quem antiquiores libri m. A B¹ C d exhibent, ab Herodoti manu esse et notione finali praeditum a participiis *ἀποπεμφθέντες* et *ἀπικόμενοι* pendere existimo. Atque imperfectum *ἐπειρῶντο* male contractum [1]) in verborum ordinem mihi irrepsisse videtur, cum posteriores librarii in illo constructionis *ἀνακαλουθίᾳ* offenderent [2]).

Haec sunt exempla conjunctivi, quae apud Herodotum in oratione obliqua occurrunt.

Apud Homerum conjunctivus, qui in talibus enuntiatis finalibus est, multo facilius ad primariam notionem revocari potest, cum plerumque tota sententia ad tempus praesens vel futurum spectet. Homerus conjunctivo utitur, ubi loquentem consilii eventum adhuc exspectare indicari vult. cf. p. 15.

Il. I, 578. III, 252. IX, 512. Il. XII, 356. XIV, 97. Od. II, 376. VII, 164. Od. X, 341. XIII, 327. XVIII, 133. XVIII, 183 (ubi *κέ* cum significet illud adjuvare pendere ex Autonoes et Hippodamiae voluntate, jussui lenius indicando inservit), Od. XXI, 267. Haec sunt omnia, quantum scio, conjunctivi exempla, quae apud Homerum in oratione obliqua leguntur.

2) Exempla optativi.

Optativus, ut supra diximus, in enuntiatis finalibus oratione obliqua indicatis aptissimum locum tenet, quippe quo agentis consilium ad eius qui loquitur judicium relatum tanquam mera de eventu cogitatio indicetur. Iaque Herodotus in talibus locis optativum ponit, ubi cum qui loquitur, consilium tanquam meram cogitationem indicantem atque in medio relinquentem facit, utrum actionis eventus adhuc exspectari possit vel tum exspectatus sit, necne. Atque hic mihi ii loci,

---

[1]) cf. p. 39 adn. 1 et Bredovium libr. IV, p. 384.

[2]) *cf. etiam* Schweighaeuserum: lexic. Herod. sub voce πειρᾶν.

in quibus optativus pro orationis rectae conjunctivo usurpatus est, sejungendi esse videntur ab iis, in quibus jam in oratione recta optativus suum locum tenuit. In priore exemplorum genere conjunctivus orationis rectae in optativum orationis obliquae transiit, cum eius qui agit consilium ad eius qui loquitur judicium relatum est, ac sic tanquam sola de eventu cogitatio indicatur. Huc pertinent haec exempla Herodotea:

I, 82 *ἐνθαῦτα συνέβησαν ἐς λόγους συνελθόντες, ὥςτε τριηκοσίους ἑκατέρων μαχέσασθαι . . ., τὸ δὲ πλῆθος . . . ἀπαλλάσσεσθαι, μηδὲ παραμένειν, τοῦδε εἵνεκεν ἵνα μὴ παρεόντων τῶν στρατοπέδων ὁρέοντες οἱ ἕτεροι ἑσσουμένους τοὺς σφετέρους ἐπαμύνοιεν.* Nam hoc loco infinitivi aut pro orationis rectae imperativis positi sunt aut in oratione recta necessitatis notio *δεῖ, χρή* [1]), unde infinitivi penderent, scribenda erat. Certe igitur Herodoto in oratione recta in enuntiato finali, cum eventus adhuc exspectandus esset indicandus, conjunctivus erat ponendus. Pari modo V, 118 cf. p. 47.

I, 110 *κελεύει σε Ἀστυάγης τὸ παιδίον τοῦτο λαβόντα θεῖναι ἐς τὸ ἐρημότατον τῶν ὀρέων* [2]), *ὅκως ἂν τάχιστα διαφθαρείη.* Particula *ἄν* ad sequens *τάχιστα* spectans significat condicionem generalem „si fieri possit“, ut non multum ab *ὡς* superlativo addito differat [3]).

II, 139 *ἰδόντα δὲ τὴν ὄψιν ταύτην λέγειν αὐτὸν ὡς πρόφασίν οἱ δοκέειν ταύτην τοὺς θεοὺς προδεικνύναι, ἵνα ἀσεβήσας περὶ τὰ ἱρὰ κακόν τι πρὸς θεῶν ἢ πρὸς ἀνθρώπων λάβοι,* ubi quasi duplex oratio obliqua exstat, nam huius loci argu-

---

[1]) cf. Kuehnerum gr. gr. II, p. 1049.

[2]) Omnes libri m., exceptis C et P, qui **οὐρέων** exhibent, **ὀρέων** praebent, quod etiam Steinio probatur. Sed solum **οὐρέων** Herodoteum esse docet Bredovius (libr. II, p. 164). Qua cum sententia convenit, quod ipse cod. P (cf. Steinium praef. p. 32) **οὐρέων** exhibet. Sed cum (I, 36. 72. 80. 110. 111. 113. 117. 203 etc.) antiquiores libri manuscripti constanter **ὄρος** exhibeant et ipse liber m. P multis locis (I, 36. 43. 104. 175. II, 6 et aliis) **ὄρος** praebeat, Bredovio assentiri non possum, Herodotum ubique formam **οὖρος** adhibuisse, sed utramque formam et **ὄρος** et **οὖρος** ei usitatam fuisse existimo. Ac quo loco haec, quo illa sit ponenda, secundum *codicum scripturam* statuendum est. Cf. etiam Kuehnerum gr. gr. I, p. 120.

[3]) *cf. Kuehnerum gr. gr. II, p. 900.*

mentum ipsum pendet ab enuntiato *ὡς . . δοκέειν* atque hoc pendet a verbo *λέγειν*, sed id, quod Aethiops vere secum reputavit, hoc est: *οἱ θεοὶ τὴν ὄψιν μοι προδεικνῦσι, ἵνα … λάβω.*

Libri m. A B C d praebent infinitivum *δοκέειν*, ceteri optativum *δοκέοι*. Atque etiamsi optativum *δοκέοι*, quem Steinius in verborum ordinem recepit, aptiorem esse concedam, tamen infinitivus *δοκέειν* ab Herodoti manu mihi esse videtur, nam primum apud Herodotum saepius in oratione obliqua infinitivus pro optativo quem exspectaveris legitur (cf. III, 26. VI, 84. VII, 148. II, 121 et alios locos), deinde infinitivus *δοκέειν* antiquioribus libris m. satis munitus mihi esse videtur.

V, 118 (cf. p. 46). *τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἡ γνώμη ἔφερε διαβάντας τὸν Μαίανδρον τοὺς Κᾶρας καὶ κατὰ νώτου ἔχοντας τὸν ποταμὸν οὕτω συμβάλλειν* [1]), *ἵνα μὴ ἔχοντες ὀπίσω φεύγειν οἱ Κᾶρες αὐτοῦ τε μένειν ἀναγκαζόμενοι γινοίατο ἔτι ἀμείνονες τῆς φύσιος*. In libris m. B^2 Pr legitur aoristi optativus *γενοίατο*, sed cum tota sententia magis ad rem durantem spectet (cf. *ἔφερε, ἔχοντας, συμβάλλειν, φεύγειν*) optativus praesentis *γινοίατο*, quem libri m. A B^1 C d exhibent, etiam mihi praeferendus esse videtur.

VII, 25 *καὶ σιτία τῇ στρατιῇ καταβάλλειν, ἵνα μὴ λιμήνειε*, ubi infinitivus *καταβάλλειν* pro imperativo orationis rectae est, cum a participio *ἐπιτάξας* pendeat. Itaque in oratione recta in enuntiato finali conjunctivus erat ponendus.

IX, 51 *μετακινέεσθαί τε ἐδόκεε τότε, ἐπεὰν τῆς νυκτὸς ᾖ δευτέρη φυλακή, ὡς ἂν μὴ ἰδοίατο οἱ Πέρσαι ἐξορμεομένους καί σφεας ἑπόμενοι ταράσσοιεν οἱ ἱππόται.* Quamquam particula *ἐπεάν* cum conjunctivo conjuncta significatur res, quae exspectari potest, tamen actionis eventum non nisi cogitari optativo indicatur. Quod ex orationis obliquae et rectae confusione natum esse mihi videtur, cum in enuntiato temporali conjunctivus orationis rectae servatus, sed in enuntiato finali sententia ad eius, qui in alium locum transire constuit, judicium relata in

---

[1]) *ξυμβάλλειν*, quod libri m. C P d exhibent, in *συμβάλλειν* mutandum esse docet Bredovius (libr. II, p. 123).

optativum mutatus sit. Atque part. *ἄν* ad condicionem participiis expressam spectat[1]).

IX, 51 *ἐδόκεε τοὺς ἡμίσεας ἀποστέλλειν τοῦ στρατοπέδου, ὡς ἀναλάβοιεν τοὺς ὀπέωνας* (cf. I, 82 et V, 118 p. 47).

Apud Homerum cum in omnibus fere, quae inveni, exemplis verbum regens, unde loquentis verba pendent, notionem jubendi et orandi habeat (*ἀνωγέναι, κελεύειν, καλεῖσθαι, λιτανεύειν*), perspicuum est, in enuntiato finali optativum orationis obliquae ex orationis rectae conjunctivo exstitisse. Nam infinitivus orationis obliquae pendens a verbo *κελεύειν* etc. locum imperativi orationis rectae tenet. Atque praecipue apud Homerum in enuntiatis finalibus ab imperativo pendentibus conjunctivum legi, supra[2]) commemoravimus.

Exempla, quae huc pertinent, exstant:

Il. II, 282. IV, 170. IX, 621. XVIII, 344. XXII, 443 XXIII, 197. XXIV, 583. Od. III, 175. IX, 489. XVI, 331.

Aliam explicationem desiderant:

Il. XIX, 331 *μοι . . . θυμὸς ἐώλπειν . . ., σὲ δέ τε Φθίηνδε νέεσθαι, ὡς ἄν μοι τὸν παῖδα . . . Σκυρόθεν ἐξαγάγοις . . .*

Hoc loco infinitivus, unde enuntiatum finale pendet, locum indicativi futuri orationis rectae tenet, nam id, quod futurum esse Achilles speraverat, hoc est: „reverteris Phthiam, ut etc.“ Itaque etiam hoc loco optativus orationis obliquae ex orationis rectae conjunctivo exstitit. Atque *ἄν* ad verbi *νέεσθαι* notionem respiciens significat „si reverteris.“ — Od. XIV, 327 ubi pro infinitivo *βήμεναι* in oratione recta perfectum praes. scribendum est, ut etiam hic optativus orationis obliquae ex orationis rectae conjunctivo exstiterit. Atque Od. XVIII, 94 in oratione recta scribendum est: *κ' ρδιόν εστι . . . ἐλᾶν ἵνα μὴ* c. conj.

Haec sunt omnia, quantum scio, exempla, quae apud Homerum in oratione obliqua occurrunt.

Sequitur, ut de iis exemplis paucis disseram, in quibus optativus, qui in oratione obliqua legitur, jam in oratione

---

[1]) *cf. Kuehnerum:* II, p. 900.

[2]) *cf. p.* 23 *et* 26.

recta erat scribendus. Atque in illis exemplis primaria optativi notio, qua consilii eventus tanquam mera cogitatio indicatur, in oratione obliqua etiam augetur, cum illa cogitatio ad eius qui loquitur judicium refertur. Quod exemplorum genus apud Homerum quidem non obvium apud Herodotum exstat:

1, 94 *λέγουσι (δὲ αὐτοὶ Λυδοὶ) τὴν μὲν ἑτέρην τῶν ἡμερέων παίζειν πᾶσαν, ἵνα δὴ μὴ ζητέοιεν σιτία.* Subjectum enuntiati *τὴν μὲν . . . παίζειν* non ii Lydi intellegendi sunt, qui Herodoto tum hanc rem narraverunt, sed eorum maiores, ita ut id, quod illi Lydi cum Herodoto communicaverunt, hoc sit: „nostri maiores tum per alterum diem totum luserunt (perf. hist.) ne victum peterent.“ Itaque iam in oratione recta optativum ponendum esse apparet.

I, 75 *λέγεται διώρυχα βαθέαν*[1]) *ὀρύσσειν, ἄγοντα μηνοειδέα, ὅκως ἂν τὸ στρατόπεδον ἱδρυμένον κατὰ νώτου λάβοι, ταύτῃ κατὰ τὴν διώρυχα ἐκτραπόμενος ἐκ τῶν ἀρχαίων ῥεέθρων καὶ αὖτις παραμειβόμενος τὸ στρατόπεδον ἐς τὰ ἀρχαῖα ἐσβάλλοι.* Particula *ἂν* ad condicionem praecedentibus verbis *μηνοειδέα ἄγοντα* indicatam respiciens significat „*εἰ μηνοειδὴς εἴη*“[2]).

II, 126 *λέγεται καὶ τοῦ ἐσιόντος πρὸς αὐτὴν ἑκάστου δέεσθαι ὅκως ἂν αὐτῇ ἕνα λίθον ἐν τοῖσι ἔργοισι δωρέοιτο.* Particula *ἂν* significans illud *δωρέεσθαι* pendere a voluntate eius, qui adierit eam, precibus modestius, ut supra[3]) diximus, indicandis inservit.

IX, 74 *τὸν μὲν (λόγον ὁ Σωφάνης ἔχει), ὡς ἐκ τοῦ ζωστῆρος τοῦ θώρηκος ἐφόρεε χαλκέῃ ἅλυσι δεδεμένην ἄγκυραν σιδηρέην, τὴν ὅκως πελάσειε ἀπικνεόμενος τοῖσι πολεμίοισι βαλέσκετο, ἵνα*

---

[1]) Cum feminina adiectivorum in *υς* exeuntium summa cum constantia apud Herodotum et in nominativo et in accusativo singularis ultimam correptam (*α* pro *η*) et in penultima *ε* pro *ει* habeant, *βαθείην*, quod liber m. R, et *βαθέην*, quod reliqui exhibent, non Herodoteum, sed in *βαθέαν* mutandum esse docet Bredovius (libr. II. p. 131 et p. 157).

[2]) cf. Matthiaeum gr. gr. § 520 p. 1191.

[3]) cf. p. 39.

δή μιν οἱ πολέμιοι ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξιος μετακινῆσαι μὴ δυναίατο[1]).

Restat, ut de iis Herodoti locis pauca dicam, ubi in oratione obliqua in duobus conjunctis enuntiatis finalibus modi variant.

II, 161 *Αἰγύπτιοι δὲ... ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ, δοκέοντες τὸν Ἀπρίην ἐκ προνοίης αὐτοὺς ἀποπέμψαι ἐς φαινόμενον κακόν, ἵνα δὴ σφέων φθορὴ γένηται, αὐτὸς δὲ τῶν λοιπῶν Αἰγυπτίων ἀσφαλέστερον ἄρχοι.* Sententia Aegyptorum oratione recta pronuntiata haec est: *ἀπέπεμψε* (perf. notione praed.) *ἡμέας ὁ Ἀπρίης.., ἵνα ἡμέων φθορὴ γένηται, αὐτὸς δὲ ἄρχῃ.* Atque etiam in oratione obliqua prioris enuntiati finalis conjunctivus (*γένηται*) servatus est, quo id consilium indicatur, a quo alterum pendet, quod, cum remotius et a priore pendens consilium sit, tanquam mera cogitatio optativo indicatur[2]). Atque optativus *ἄρχοι* omnibus libris m. excepto P, qui conjunctivum exhibet, satis munitus est.

IV, 139 *ἔδοξέ σφι . . . τῆς μὲν γεφύρης λύειν τὰ κατὰ τοὺς Σκύθας ἐόντα . . ., ἵνα καὶ ποιέειν τι δοκέωσι . . καὶ οἱ Σκύθαι μὴ πειρῴατο . . .* Conjunctivo ex oratione recta servato proximum et primarium, optativo consilium a priore pendens indicatur, nam proximum Jonum consilium id spectabat, ut se Scythis obsequi simularent. Qua re impetrata non jam erat periculum, ne Scythae Istrum traicere conarentur.

VIII, 6 *ἐκ μὲν δὴ τῆς ἀντίης προσπλέειν οὔκώ σφι ἐδόκεε τῶνδε εἵνεκεν, μή κως ἰδόντες οἱ Ἕλληνες προσπλέοντας ἐς φυγὴν ὁρμήσειαν φεύγοντάς τε εὐφρόνη καταλαμβάνη.*

Primarium Persarum consilium eo spectabat, ne Graeci nocte e certo, ut putabant, interitu servarentur, quod conjunctivo ex oratione recta servato indicatum est, sed alterum consilium optativo expressum ad primarium eventum perficien-

---

[1]) Cum dativum tertiae declinationis nominum in -*ις* terminatorum apud Herodotum in -*ῑ* (ex -*ιι* contractum) desinere cònstet (cf. Bredovium libr. III, p. 262 ff.), *ἁλύσει*, quod libri m. A B C exhibent, in *ἅλυσι* mutandum est.

[2]) cf. Kuehnerum: II, p. 900. Matthiaeum: gr. gr. § 518 p. 1182. Nitzschium ad Hom. Od. III, 76 p. 149.

dum non nisi pertinet. Etiam hoc loco (ut II, 16!) is, qui cod. P scripsit, conjunctivum *καταλαμβάνη* in optativum mutavit, quod fecisse videtur, ut enuntiatorum finalium structuras aequaret.

IX, 51 *ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον ἐβουλεύσαντο μεταστῆναι, ἵνα καὶ ὕδατι ἔχωσι χρᾶσθαι ἀφθόνῳ καὶ ἱππέες σφέας μὴ σινοίατο.* Ut e capite 49 et 50 (*ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ — τὸ δεξιὸν κέρας*) apparet, Graecorum ducum ante omnia intererat, locum occupare, unde milites aquam haurire possent. Itaque in eo enuntiato finali, quod hoc primarium consilium indicat, conjunctivus legitur, cum in altero secundarium et remotius consilium exhibente optativus inveniatur [1]). Qui modorum usus et apud Herodotum etiam in alio enuntiatorum genere (ut I, 53 in interrogationibus deliberativis) et apud Homerum (cf. Il. XVI, 649) exstat.

D. De locis, in quibus enuntiatum finale est apodosis condicionalis protaseos.

Condicionem sive indicatam sive supplendam ad enuntiati finalis vim ac notionem definiendam non paulum afferre, jam supra [2]) vidimus, cum de particula *ἄν* (vel *κέν*) in enuntiatis finalibus scripta disputavimus. Hic mea interest ostendere, quantum condicionale enuntiatum, quod ita cum enuntiato finali conjunctum est, ut enuntiatum finale sit apodosis condicionalis protaseos, ad enuntiatum finale valeat.

Atque apud Herodotum si in protasi particula *ἤν* — vel *ἐπεάν* interdum potius condicionali quam temporali notione praedita [3]) — qua aliquid significatur, quod e rerum condicione exspectari potest, cum conjunctivo conjuncta est, in apodosi i. e. in enuntiato finali aptissime conjunctivus, quo res exspectanda significatur, sequitur atque in iis locis, ubi enuntiatum finale a verbo curandi, contendendi similibusque pendet, indi-

---

[1]) cf. Kuehnerum II, p. 901. Matthiaeum gr. gr. p. 1182.
[2]) cf. p. 18.
[3]) cf. Kuehnerum II, p. 951.

cativus futuri, quo, fere ut conjunctivo [1]), certa eventus exspectatio indicatur.

Ita apud Herodotum in condicionali protasi particula *ἢν* — vel *ἐπεάν* — cum conjunctivo conjuncta legitur et in apodosi i. e. in enuntiato finali conjunctivus est:

I, 136 *τοῦδε δὲ εἵνεκα τοῦτο οὕτω ποιέεται, ἵνα, ἢν ἀποθάνῃ τρεφόμενος, μηδεμίαν ἄσην τῷ πατρὶ προσβάλῃ.* Ceterum aoristi formae *ἀποθάνῃ* aptius respondet aoristus etiam in enuntiato finali positus, quem plurimi libri m. exhibent.

III, 138 *ἵνα δὲ μὴ συνταράξῃ τὴν Ἑλλάδα, ἢν δι' αὐτὸν στόλος μέγας πλέῃ ἐπὶ τὴν Ἰταλίην, . . ἔφη.* Cum enuntiato condicionali significetur res, quae exspectari potest, etiam in enuntiato finali, quamquam de consilio tempore praeterito capto agitur, eventus adhuc exspectandus indicatur.

VI, 85 *εἰ νῦν ὀργῇ χρεόμενοι* [2]) *ἔγνωσαν οὕτω Σπαρτιῆται, ὅκως ἐξ ὑστέρης μήτι ὑμῖν, ἢν ταῦτα πρήσσητε, πανώλεθρον κακὸν ἐς τὴν χώρην ἐμβάλωσι.* Enuntiatum finale verbo, unde pendeat, non praecedente obsolute dictum monitui, ne quis quid faciat, indicando inservit. Aliis locis eodem significatu enuntiatum finale ab *ὅκως μή* incipiens a verbo *ὁρᾶν, σκοπεῖν* pendet, ut III, 36 *ὅρα ὅκως μή σευ ἀποστήσονται* (lat. „vide ne"). Etiam hoc loco simile quoddam atque *ὁρᾶτε* intellegendum est [3]). Lectionem *ἐμβάλωσι*, quam libri m. A B d exhibent, scripturae *ἐςβάλωσι* a ceteris traditae praeferendam esse existimo, quod *ἐςβάλλειν* apud Herodotum fere non nisi aut de exercitu, qui in regionem aliquam immittitur (cf. I, 15. 17. 18. V, 64. 74. 76. VIII, 27 etc.) aut de fluvio, qui undam in alium fluvium immittit (cf. I, 179. IV, 48. 49. 57 etc.), dicitur, sed notione perniciem et timorem etc. alicui iniciendi verbum *ἐμβάλλειν* usurpatur (cf. VII, 10 et aliis locis).

---

[1]) cf. Kuehnerum II, p. 147, 4. 187 adn. 3. 893 adn. 5. Baeumleinium: de mod. p. 39. Hartungium de part. I, 14. II. p. 143.

[2]) De Herodotea forma *χρεόμενοι* cf. p. 39 adn. 1.

[3]) De hoc usu tanquam elliptico cf. Abichtium ad h. l. Kuehnerum *II, p. 894. Matthiaeum* gr. gr. § 519, p. 1187.

VII, 206 *Τούτους μὲν τοὺς ἀμφὶ Λεωνίδην πρώτους ἀπέπεμψαν Σπαρτιῆται, ἵνα τούτους ὁρέοντες οἱ ἄλλοι σύμμαχοι στρατεύωνται μηδὲ καὶ οὗτοι μηδίσωσι, ἢν αὐτοὺς πυνθάνωνται ὑπερβαλλομένους.* Conjunctivis et in enuntiatis finalibus et in enuntiato condicionali scriptis res, quae adhuc exspectari potest, indicatur, cum in *ἀπέπεμψε* itineris nondum peracti notio una cum voluntatis adhuc manentis significatu insit.

VIII, 76 *ἐς δὲ τὴν νησῖδα τὴν Ψυττάλειαν καλεομένην ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων τῶνδε εἵνεκεν, ὡς ἐπεὰν γίνηται ναυμαχίη, . . ., ἵνα τοὺς μὲν περιποιέωσι τοὺς δὲ διαφθείρωσι.* Hoc loco particula *ἐπεάν* condicionalem potius quam temporalem notionem sibi usurpare mihi videtur [1]).

Cum Herodotus particulam finalem, sed non eandem in eiusdem enuntiati ambitu repetat, ex hoc loco et ex altero (I, 209 *ποίεε ὅκως . . . ὡς*) apparere mihi videtur, ipso usu quidem apud Herodotum inter particulas finales nihil interesse, sed omni discrimine jam tum sublato particulis finalibus promiscue eum usum esse.

VIII, 109 *ταῦτα ἔλεγε ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι ἐς τὸν Πέρσην, ἵνα, ἢν ἄρα τί μιν καταλαμβάνῃ πρὸς Ἀθηναίων πάθος, ἔχῃ ἀποστροφήν.* Cum *μέλλων ποιήσεσθαι* ad rem futuram spectet, Herodotus etiam in enuntiato finali et condicionali, quamquam de re praeterita agitur, eo modo utitur, quo rem exspectari posse indicatur.

IX, 104 *Μιλησίοισι δὲ προσετέτακτο μὲν τῶν Περσέων τὰς διόδους τηρέειν σωτηρίης εἵνεκέν σφι, ὡς, ἢν ἄρα σφέας καταλαμβάνῃ οἷάπερ κατέλαβε, ἔχοντες ἡγεμόνας σώζωνται.*

Praecipue hoc loco conjunctivus enuntiati condicionalis ad eundem modum etiam in enuntiato finali scriptum valuisse videtur, nam cum condicio rem, quae exspectari poterat, significaret, ineptum erat, eventum tanquam meram cogitationem indicare.

In condicionali protasi particula *ἤν* — vel interdum *ἐπεάν* — cum conjunctivo conjuncta legitur et in apodosi i. e.

---

[1]) cf. etiam Kuehnerum II. p. 951.

in enuntiato finali, si a verbis curandi, contendendi similibusque pendet, indicativus futuri scriptus est.

Huc pertinent:

I, 209 *ποίεε, ὅκως, ἐπεὰν ἐγὼ τάδε καταστρεψάμενος ἔλθω ἐκεῖ, ὥς μοι καταστήσεις τὸν παῖδα ἐς ἔλεγχον.* Hoc loco particula *ἐπεάν* et temporalis et condicionalis notionis particeps mihi esse videtur. — Hic est unus ex iis locis, in quibus quid primitus scriptum fuerit, certo statui nequit, nam utrum *καταστήσῃς*, quod libri m. A B C exhibent, ex indicativo fut corruptum an conjunctivus aoristi illo iota postscripto legendus sit, non iam perspicuum est. Sed cum post *ποιέειν ὅκως* etiam Herodoto indicativus fut. usitatior sit, non ineptum mihi esse videtur, hic indicativum futuri pro conj. aor. substituere.

III, 36 *ἢν δὲ πολλὰ τοιαῦτα ποιέῃς, ὅρα ὅκως μή σευ ἀποστήσονται Πέρσαι.* Etiam hoc loco variant lectiones, cum libri m. A et d exhibeant conjunctivum aoristi *ἀποστήσωνται*, reliqui indicativum futuri. Sed cum *ἀποστήσωνται* notionem ab aliquo deficiendi, quae postulatur, non habeat, solus indicativus futuri ponendus est.

V, 118 *ἀλλὰ* (intellegendum est *ἐνίκα ἡ γνώμη*) *τοῖσι Πέρσῃσι κατὰ νώτου γίνεσθαι τὸν Μαίανδρον μᾶλλον ἢ σφίσι, δηλαδὴ ἢν φυγὴ τῶν Περσέων γένηται καὶ ἑσσωθέωσι τῇ συμβολῇ, ὡς οὐκ ἀπονοστήσουσι ἐς τὸν ποταμὸν ἐσπίπτοντες.*

Hoc loco enuntiatum ab *ὡς* incipiens propter negationem *οὐκ* finale esse non potest, sed intellecto verbo considerandi (cf. V, 30 *ἐπιλεξάμενος ὡς ἄρξει*), unde pendeat, pro interrogatione indirecta accipiendum esse mihi videtur. —

In condicionali protasi legitur *εἰ* cum indicativo futuri conjunctum, quod non multum differt ab *ἤν* cum conjunctivo conjuncto, et sequitur in apodosi i. e. in enuntiato finali indicativus futuri:

III, 36 *κατακρύπτουσι τὸν Κροῖσον ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ ὥστε, εἰ μὲν μεταμελήσει τῷ Καμβύσῃ καὶ ἐπιζητήσει τὸν Κροῖσον, οἱ δὲ ἐκφήναντες αὐτὸν δῶρα λάμψονται . . .* In voce *λόγῳ* hic considerandi vel curandi notio inest (cf. Abichtium: *λόγος* =

consilium), ita ut *ὥςτε* particulae *ὡς* notione praeditum[1]) (cf. Herod. I, 86) eodem munere fungatur, quo *ὡς* et *ὅκως* cum indicativo futuri conjuncta post verba considerandi et curandi atque ita hoc loco particula *ὥςτε* non modo eventui effecto, sed etiam cogitato vel spectato indicando inservit[2]). Deinde de scriptura pauca addam: *μεταμελήσηι*, quod libri m. A B C exhibent, cum *η* et *ε* a librariis saepissime confusas esse constet, facile in *μεταμελήσει*, quod reliqui praebent, corrigi potest ac cum verisimile non sit, Herodotum in altero enuntiato condicionali particula *καί* cum priore conjuncto alio tempore usum esse, *ἐπιζητῆι*, quod A B C et *ἐπιζητεῖ*, quod P exhibent, in *ἐπιζητήσει*, codicis R scripturam, mutandum esse mihi videtur, praesertim cum, ubi *εἰ* cum conjunctivo conjunctum traditum sit, lectiones ubique fluctuare viderim[3]).

Quamquam Herodotum in hoc enuntiatorum genere certam legem secutum esse observavimus, qua in enuntiato finali, cum in condicionali conjunctivum aut indicativum futuri scripserit, alterutrum posuerit, tamen duobus locis eum ab hac lege aberrasse statim videbimus:

I, 46 *διέπεμπε δὲ πειρεόμενος*[4]) *τῶν μαντηίων ὅτι φρονέοιεν, ὡς, εἰ φρονέοντα τὴν ἀληθείην εὑρεθείη, ἐπείρηταί σφεα δεύτερα.* Hoc loco in condicionali enuntiato rem cogitatam optativo indicat, cum in finali consilii eventum exspectari posse fingat.

IX, 57 *ἀνέμενε δὲ τοῦδε εἵνεκα, ἵνα, ἢν μὴ ἀπολείπῃ τὸν χῶρον, ἐν τῷ ἐτετάχατο ὁ Ἀμομφάρετός τε καὶ ὁ λόχος, ἀλλ' αὐτοῦ μένωσι, βοηθέοι ὀπίσω παρ' ἐκείνους.* Quamquam in enuntiato condicionali rem, quae exspectatur, Herodotus indicat, tamen consilii eventum tanquam solam cogitationem optativo significat[5]). Ceterum conjunctivus praesentis *ἀπολείπῃ*, quem libri m. A B P b exhibent, conjunctivo aoristi *ἀπολίπῃ*, quem

[1]) cf. Kuehnerum gr. gr. II, p. 992.

[2]) cf. Matthiaeum gr. gr. § 629 p. 1513 et Kuehnerum gr. gr. II, p. 1006 adn. 3.

[3]) cf. praeterea Matthiaeum gr. gr. § 525 p. 1209 et Kuehnerum II, p. 207.

[4]) cf. p. 39 adn. 1 et Bredovium libr. IV p. 386.

[5]) cf. etiam Matthiaeum gr. gr. § 523 p. 1204.

reliqui praebent, praeferendus mihi esse videtur, praesertim cum etiam in altero enuntiato condicionali omnes nullo excepto conjunctivum praesentis habeant.

In Homeri carminibus hoc exemplorum genus non ita frequens est, cuius rei causa inde mihi repetenda esse videtur, quod illis temporibus, quibus carmina facta sunt, homines non ita ad cogitandum se inclinabant, ut saepe consilia caperent, quorum eventus a rebus quibusdam, quae aut fient aut factae sunt, penderent vel quod illorum hominum et cogitandi et dicendi ratio erat simplicior. Sed ubi tales loci exstant, Homeri dicendi usus non ita ab Herodoteo differt. Itaque, si in condicionali protasi ἤν vel εἴκε (= ἐάν vel ἤν)[1]) cum conjunctivo conjunctum legitur, etiam in apodosi i. e. in enuntiato finali conjunctivus scriptus est. Huc pertinent haece exempla:

Il. VI, 260. 308. IX, 427. XIV, 310. XIX, 70. XX, 185. 301. Od. II, 101. Od. IV, 338. V, 169. XII, 299. XXIV, 136.

Aut in protasi non iam res, quae modo exspectari potest, sed res, quae est, sumitur[2]), et in apodosi i. e. enuntiato finali, nisi indicativum futuri, certe conjunctivum locum tenere consentaneum est. Cuiusmodi exempla exstant: Il. IX, 370. Od. VI, 311. cf. Od. VII, 194. 319. XV, 80 (a Bekkero e verborum ordine eiectum), XVI, 31.

Haec sunt omnia, quantum scio, exempla in Homeri carminibus obvia, in quibus enuntiatum finale ita cum condicionali conjungatur, ut finale sit apodosis condicionalis protaseos.

---

[1]) cf. Kuehnerum II, p. 965 et Matthiaeum p. 1202.
[2]) cf. Kuehnerum II, 967. I.

Alteram commentationis partem posteriore tempore occasione oblata editurus sum.

VITA.

Carolus Ricardus Heiligenstaedt natus sum pridie Calendas Novembres anni h. s. LVIII Eilenburgii, patre Friderico, matre Julia e gente Schaefer, quam mihi tertium annum agenti praematura morte ereptam esse doleo quam maxime. Fidem profiteor evangelicam. Primis literarum elementis in schola patriae meae privataque disciplina imbutus autumno anni h. s. LXXI adii gymnasium Torgaviense ab Haackio viro illustrissimo rectum, ubi cum literarum studii tum antiquitatis Graecae amore affectus sum, imprimis auctoribus viris humanissimis Gottschickio et Knabio, quos pio gratoque animo semper venerabor. Paschali tempore anni h. s. LXXVIII maturitatis testimonium adeptus jussu patris inter scribas postales nomen meum inscribi passus sum. Quo in munere cum nullo modo acquiescere potuissem, post quattuordecim menses missione postulata Halas me contuli. Ubi a Volkmanno fasces tum tenente almae academiae civibus adscriptus militari munere absoluto praeter cetera studiis philologicis operam dedi. Scholas per octo semestria frequentavi quas habuerunt viri doctissimi: Dittenberger, Droyssen, Haym, Herbst, Heydemann, Hiller, Keil, Kramer, Schlottmann, Schum, Thiele, Ulrici, Zacher. Proseminario philologico per tria, seminario per duo semestria interfui. Seminarii paedagogici, cui praeerant Kramerus, deinde Herbstius, per quattuor semestria fui sodalis ordinarius. Praeterea Heydemannus, Keilius, Zacherus benigne permiserunt, ut privatissimis suis exercitationibus, archaeologicis, philologicis, theodiscis, interessem. Quibus viris optime de me meritis gratias ago quam maximas, praecipuas vero Dittenbergero, Heydemanno, Keilio, Zachero.

[redacted]

[redacted]